Vegetij de re militari libri quat.

Frontini stratagematu libri iidem quatuor

Aeliani de instruendis aciebus opus

Modesti libellus de vocabul. rei militaris

Joannes de castello Cameracensis huius libri dominus

Joannes de castello Cameracensis

SPERO IN DEO

Petro Paulo de Comite

Iuueni generoso & strenuo. S. P. D.

Chari discipuli fidus præceptor non facile obliuiscitur Petre Paule: Durat enim mihi adhuc illa tui instituendi & quæcunq; ad te ornandum subministrandi solicitudo. Quare ad discendum rursus te reuoco: non Poeticen aut Historicen aut Oratoriam: ad quas tibi plurimum hæc lectio proderit: Sed ipsam Militarem disciplinam. In qua te sub peritissimi fratris tui Io. Baptistæ & monitis & auspiciis hactenus exercuisti: & iã sub Nicolao Vrsino Suanę Comite Sororio tuo auspicacius exercebis. Vt nihil igitur quod ad eam callendam est opus desideres: Tres de ea re scriptores egregios quos nuperrime recognoui: Vegetium: Aelianum: & Frontinum: simul coniunxi: & ut emendatissimi in tuas: & in aliorum manus uenirent effeci. Videbis in primo quæ uerborum nouitate & castrensibus uerbis plępe utitur omnem rei militaris scientiam ex maximis optimisq; auctoribus in perspicuam breuitatem enucleatam: quę te excitatum solertem audẽtem cautumq; reddet. Alter pugnandi & acierum instruendarum sic te scientiã edocebit: ut tantum sit tibi animorum hæc lectio adiectura ut nõ dubitem quin Clarissimi Patris Fratrisq; tui illius simillimi uestigia imitatus in præstantissimum uirũ sis euasurus. In tertio autem exemplorum id genus tantam copiam lectitabis ut etiam disertum in re Militari sit te redditura. Vale.

FLAVII VEGETII VIRI. ILLVS. AD VALENTINIANVM AVGVSTVM EPITOMA INSTITVTORVM REI MILITARIS EX COMMENTARIIS CATONIS: CELSI: TRAIANI: HADRIANI: ET FRONTINI LIBER PRIMVS.

ANtiquis temporibus mos fuit bonarũ artium studia mandare litteris atq; in libros redacta offerre principibus: quia neq; recte aliquid inchoatur: nisi post deum fauerit imperator. Neq; quenq; oportet magis uel meliora scire: uel plura q; principem: cuius doctrina omnibus potest prodesse subiectis. Quod Octauium Augustum: ac bonos de hinc principes libenter habuisse frequentibus declaratur exemplis. Sic regnantiũ testimoniis creuit eloquentia: dum non culpatur audacia. Hac ego imitatiõe compulsus: dum considero clementiam uestram ausibus litterarum magis ignoscere posse: q; cęteros/tanto inferiorem me antiquis scriptoribus esse sensi: licet in hoc opusculo nec uerborũ cõcinnitas sit necessaria: nec acumen ingenii: sed labor diligens: ac fidelis. Vt ea: quę apud diuersos historiographos/uel armorũ disciplinam docentes dispersa/& inuoluta celantur/pro utilitate Romana proferantur in medium. De delectu igitur: atq; exercitatione tyronũ per quosdam gradus: et titulos antiquam cõsuetudinem conamur ostendere/non/quo tibi/Imperator inuicte ista uideantur incognita: sed ut quę sponte pro reip. salute disponis. agnoscas olim custodisse Romani imperii cõditores & in hoc paruo libello quicqd de maximis rebus: semperq; necessariis requirendum credis/inuenias.

BIBLIOTECA "DE LEO" BRINDISI

Primus liber electionem edocet iuniorum: ex
p quibus locis uel quales milites probandi sint:
aut quibus generibus armorum exercitus im/
buendi. Secundus liber ueteris militię continet mo/
rem:ad quem pedestris institui possit exercitus. Ter
tius liber omniū artium genera:quę terrestri prælio ne/
cessaria uidentur/ exponit. Quartus liber uniuersas
machinas:quibus uel:oppugnantur ciuitates: uel defen
duntur/enarrat. Nauales quoq; belli præcepta subnectit.

Hęc continet liber primus.

Romanos omnes gentes sola armorum exercitatione
uicisse.
Ex quibus regionibus Tyrones legendi sint.
Vtrum ex agris:an ex urbibus utiliores sint Tyrones.
Cuius ętatis Tyrones probandi sint.
Qua statura probandi sint.
Ex uultu:& positione corporis agnosci in eligendo:qui
meliores possint esse Tyrones.
Cuius artis uel eligendi:uel respuendi sint Tyrones.
Quando Tyrones signandi sunt.
Ad gradum militarem : & cursum : & saltum exercen/
dos Tyrones.
Ad natandi usum exercendos Tyrones.
Quemadmodū ad scuta uiminea:uel ad palos antiqui
exercebant Tyrones.
Non cęsim:sed punctim ferire/docendos Tyrones.
Armaturam docendos Tyrones.
Tyrones exercendos ad missilia iacienda.
Sagictis diligenter Tyrones imbuendos.
Ad iactandos lapides funda/exercendos Tyrones.
De exercitio plumbatarum.
Quemadmodum ad ascendendos equos Tyrones in/
stituendi sunt.
Ad portandum pondus exercendos Tyrones.
Quo armorum genere usi sint antiqui.
De munitione castrorum.
In quibus locis constituenda sunt castra.
Quali specie disignanda sunt Castra.
Quo genere munienda sunt castra.
Quemadmodum munienda sunt castra: cum hostis
immineat.
Quemadmodum exerceantur milites: ut in acie ordi/
nes/ & interualla custodiant.
Quantum spacium ire debeant: & quotiens in mense
exerceri:qum educuntur milites ambulatum.
De adoratione rei militaris:Romanęq; uirtutis.

Romanos omnes gentes sola armo
rum exercitatione uicisse.

In omni autem prælio: non tam multitudo: &
i uirtus indocta:q̄ ars: & exercitium solent præ/
stare uictoriaz. Nulla enim alia re uidemus po
pulum Romanum sibi orbem subiecisse terrarum:nisi
armoꝝ exercitio:disciplina castrorum: atq; usu militię
Quid enim aduersus Gallorum multitudinem pauci/
tas Romana ualuisset? Quid aduersus Germanoꝝ pro/
ceritatem breuitas potuisset audere? Hyspanos quidem
nō tantum numero :sed etiā uiribus corporum nostris
præstitisse manifestuz est. Aphrorum dolis:atq; diuitiis
semper impares fuimus. Gręcorū artibus:prudentiaq;
nos uinci nemo unq̄ dubitauit. Sed aduersus omnia ꝓ
fuit tyronem solertem eligere. Ius:ut ita dixerim/ armo
rum docere/quotidiano exercito laborare/quęcunq; in
acię euenire præliis possent/ omnia in campestri medi/
tatione prænoscere:& quotidiano exercitio roborare/se
uere in desides uindicando. Scientia enim rei bellicę di

micandi nutrit audaciam. Nemo facere metuit: quod se bene didicisse confidit. Etenim in certamine bellorū exercitata paucitas ad uictoriam promptior est. Rudis & indocta multitudo exposita semper ad cędem.

Ex quibus Regionibus Tyrones eligendi sint.

RErum ordo deposcit: ut ex quibus prouinciis: uel nationibus tyrones legendi sint prima parte tractetur. Constat quidem in omnibus locis & ignauos/& strenuos nasci. Sed tamen & gens gentem prędit in bello & plaga coeli ad robur non tantū corporum: sed etiam animorum plurimū ualet: quo loco ea: quę a doctissimis hominibus comprobata sunt non omittam omnes natōnes: quę uicinę sint soli nimio calore siccitatę amplius quidem sapere: & minus habere sanguinis dicunt: ac ꝓpterea constantiam: ac fiduciam eo minus habere pugnandi: quia metuunt uulnera: qui exiguum sanguinem se habere nouerint. Contra/septentrionales populi remoti a solis ardoribus incōsultiores quidem: Sed tamen largo sanguine redundātes sunt ad bella promptissimi. Tyrones igitur detemperatioribus legendi sunt plagis: quibus & sanguinis copia suppetat ad uulnerum: mortisq; contemptum: & non possit desse prudentia. Quare & modestiam seruat in castris: et non parum prodest in dimicatione/consiliis.

Vtrum ex agris: an ex urbibus utiliores sint Tyrones.

SEquitur/utrum ex agris: an de urbibus utilior Tyro sit/ requiramus: credo nunquam potuisse dubitari aptiorem armis rusticā plebem quę sub diuo/& in labore nutritur/solis patiens/ imbrę negligens/balneariū nescia delitiarum ignara/simplicis animi/paruo contenta/duratis ad omnium laborū tolerantiam membris: cui gestare ferrum. fossam ducere onus ferre consuetudo de rure est. Interdum tamen necessitas exigit etiam urbanos ad arma compelli: qui ubi nomen dedere militię/primum laborare: decurrere portare pondus/ & solem pulueremq; ferre condiscant Parco uictu utantur/& rustico. Interdum sub diuo. interdum sub papilionibus commorentur. tunc demum ad usum erudiātur armorum. & si longior expeditio emergit: in angariis plurimum detinendi sunt. proculq; badendi a ciuitatis illecebris: ut eo modo & corporibus eorum robur accedat: & animis. Nec inficiandum est post urbem conditam Romanos ex ciuitate ꝓfectos semper ad bellum. sed tunc nullis delitiis frangebantur. Sodorem cursu/& cāpestri exercitio collectum natans iuuētus abluebat in tybri. Idem bellator. idem agricola genera tantum mutabat armorum. Quod usq; adeo uerum est: ut aranti Quintio cincinnato uiro optimo dictaturam constet oblatam: Ex agris ergo supplendum robur pcipue uidetur exercitus. Nescio quomodo enim minus mortem non timet: qui minus delitiarum nouit in uita.

Cuius ętatis Tyrones probandi sint.

NVnc qua ętate milites legi conueniat/ exploremus. Et quidem si antiqua consuetudo seruanda est/incipientem pubertatem ad delectū cogendam nullus ignorat/non enim tantum celerius: sed etiam perfectius imbuuntur: quę discuntur a pueris: deinde militaris alacritatis/saltus/& cursus ante tentandus est: quā/ corpus ętate pigrescat. Velocitas enim est: quę percępto exercitio strenuum efficit bellatorem. Adolescentes legēdi sunt: sicut ait Sallustius. Nam simulac iuuentus belli patiens erat in castris per laborem usu militiam discebant. Melius enim est: ut exercitatus iuue/

nis causetur ętatem nondum aduenisse pugnandi/q̃ do
leat pręteriisse. Habeat etiam spatium uniuersa discen/
di: Neq; enim parua: aut leuis ars uidetur armorum/si/
ue equitem: siue peditem sagictaria uelis imbuere: siue
scutatum armaturę numeros: omnesq; gestus docere:
ne locum deserat: ne ordines turbet: ut missile et destina
to ictu/& magnis uiribus iaciat: ut fossaꝫ ducere: sudes
scienter figere norit. tractare scutum. & obliquis ictibus
uenientia tela deflectere. plagam prudenter uitare. auda
cter inferre. Huic taliter instituto aduersum quoslibet
hostes in acie non erit formido: sed uoluptas.

Qua statura Tyrones probandi sint.

PRoceritatem tyronum ad uictoriam scio sem
per exactam/ita: ut senos pedes: uel certe qui/
nos: & denas uncias habere inter alares equites
uel in primis legionum cohortibus probarentur. Sed
tunc erat amplior multitudo. & plures militiam seque/
bantur armatam. Necdum enim ciuilis pars florentio/
rem adduxerat iuuentutem. Ergo necessitas exigit non
tam staturę rationem habere: q̃ uirium/& ipso Home/
ro teste non fallimur: q tideum minorem quidem cor/
pore: sed fortiorem armis fuisse significat.

Ex uultu/& positione corporis agnosci in
eligendo/qui meliores possint esse Tyrones.

SEd/qui delectum acturus est/uehementer inten
dat: ut ex uultu/ex oculis/ex omni conforma/
tione membrorum eos eligat: qui implere uale
ant bellatoris officium. Nam non tantum in homini/
bus: sed etiam in equis/ & canibus uirtus multis decla/
ratur indiciis: sicut doctissimorum hominum discipli/
na comprehenditur: quod etiam in apibus mantuanus
auctor dicit esse seruandum. Nam duo sunt genera. hic
melior insignis/& ore/Et rutilis clarus squãmis. Ille hor

ridus alter desidia: latamq; trahens inglorius aluum. Sit
ergo adolescens martio operi deputandus uigilantibus
oculis/erecta ceruice. lato pectore. humeris musculosis
ualentibus digitis. longioribus brachiis. uentre modi/
cus. exilior cruribus. suris expeditus non supflua carne
distentis: sed neruorum duritia collectis. Cum hęc in ty
rone signa deprehendis: proceritatem non magnopere
desideres. Vtilius enim est fortes milites esse: q̃ grãdes.

Cuius artis Tyrones uel eligendi
sint: uel respuendi.

SEquitur: ut cuius artis uel eligendi: uel penitus
respuendi sint milites/ indagemus. Piscatores
Aucupes. Dulciarios. Linteones: omnesq;: qui
aliquid tractasse uidentur. Ad geneciã genera mulierũ
pertinens longe arbitror pellendos a castris. Fabros. Fer
rarios. Carpentarios. Macellarios. & Ceruorum Apro/
rumq; uenatores conuenit sociare militię. Et hoc est: in
quo totius reip. salus uertitur: ut tyrones nõ tantum cor/
poribus: sed etiam animis pręstantissimi deligantur. Vi
res regni/& Romani nominis fundamentum in prima
delectorum examinatione consistunt. nec leue putetur
hoc officium: aut passim quibuscunq; mandandum:
quod apud ueteres inter uaria genera uirtutum in serto
rio pręcipue constat esse laudatum. Iuuentus enim cui
defensio prouintiarum: cui bellorum est commitenda
fortuna/ & genere: si copia suppetat: & moribus debet
excellere. Honestas enim idoneum militem reddit.
Verecundia/dum prohibet fugere/facit esse uictorem.
Quid enim prodes: si exerceatur ignauus? Si pluribus
stipendiis moretur in castris. Nunq̃ exercitus profecit
tempore belli cuius in probandis tyronibus claudicarit
elector. Et quantum usu: experimentisq; cognouimus/
hinc tot ab hostibus illatę sunt clades: dum longa pax

milites negligentius:incuriosiusq; legit:dum inhonesti ores:quicq; ciuilia sectãtur officia:dum possessoribus ad dicti tyrones per gratiã aut dissimulatõem probantium tales sociantur armis:quales domini habere fastidiunt. A magnis ergo uiris magna diligẽtia idoneos elegi cõ uenit iuniores.

Quando Tyrones signandi sunt.

Sed non statim punctis signorum inscribendus est tyro delectus. Verum ante exercitio prẽten tandus:ut utrum tanto operi aptus sit/possit co/ gnosci.& uelocitas in illo requirenda uidetur:& robur. Et utrum armorum disciplinam ediscere ualeat. Vtrum habeat confidentiam militarem. Pleriq; enim q̃is non imprbabiles uideantur/tamen experimentis compro/ bantur indigni. Repudiandi ergo minus utiles & in lo cum eorũ strenuissimi subrogandi sunt. In omni enim conflictu non tam prodest multitudo: q̃ uirtus. Signa/ tis itaq; tyronibus per quotidiana exercitia armorum est demõstranda doctrina. Sed huius rei usum dissimu latio longe securitatis aboleuit. Quem inuenis: qui do/ cere possit:quod ipse non didicit:de bistoriis ergo: uel libris nobis antiqua consuetudo repetenda est. Sed illi res gestas:& euentus tantũ scripsere bellorum. Ista quę nunc querimus:tanq̃ uota linquentes Lacedęmonii qui dem: & Atbenienses: aliiq; grẽcorum in libros rettule/ re complura quę acuta uocantur. Sed nos disciplinam militarem populi Ro. debemus inquirere:qui exparui finib9 imperium suum pene solis Regionibus:& mun di finem distendit. Hęc necessitas compulit euolutis auctoribus/ ea me in boc opusculo fidelissime dicere: quę Cato ille censorius de disciplina militari scripsit: q̃ Cornelius Celsus:quę Frontinus pstringenda duxerunt quę Paternus diligentissimus iuris militaris assertor in libros redegit:quę Augusti:& Traiani:Hadrianiq; cõ/ stitutionibus cauta sunt. Nibil enim mibi auctoritatis assumo:sed borum: quos supra rettuli ea: quę dispersa sunt:uelut in ordinem/ & abbreuiationes: quę epitbo/ mata dicuntur conscribo.

Ad gradum militarem/& cursum/& sal tum exercendos Tyrones.

Primus ergo meditationum auspiciis tyrones militarem edocendi sunt gradũ. Nibil.n.ma/ gis in itinere: uel acię custodiendum est: q̃: ut omnes milites incedendi ordinem seruent: quod aliter non põt fieri:nisi:ut assiduo exercitio ambulare celeri/ ter:& ęqualiter discant. Periculum.n. ab bostibus sem/ per grauissimum sustinet diuisus:& inordinatus exerci tus. Militari ergo gradu.xx.milia passuum boris.v.dũ/ taxat ęstiuis cõficienda sunt. Pleno aũt gradu qui citati or est/totidem boris.xxiiii.milia pagenda sunt. quicqd addideris:iam cursus est. cuius spacium non potest dif finiri. Sed ad cursum prẽcipue assuefaciendi sunt iuni/ ores:ut maiore impetu in bostem currant:ut loca opor tuna celeriter cum usu uenerit occupent. uel aduersari is idem facere uolentibus prẽoccupent: ut ad exploran dum alacriter pergant. alacrius redeant: ut fugientium facilius terga comprebendant. Ad saltum etiam: quo uel fosse transiliuntur:uel impediens aliqua altitudo su/ peratur exercendus est milex: ut: cum eiusmodi diffi/ cultates euenerint: possint sine labore transire. Preterea in ipso conflictu. ac dimicatione Telorum bellator cum Cursu Salturq; uenienx aduersarii perstringit ocu/ los: mentemq; deterret:priusq; plagam infligit: q̃ ille ad cauendum: uel ad resistendum se praeparet. De exercitio magni Pompeii Sallustius boc memorat: cum alacribus saltu: & uelocibus cursu cum ualidis

uecte certabat. Neq; enim ille aliter potuisset par esse ser
torio: nisi se & milites frequentibus exercitiis preparas
set ad prelia.

Ad natandi usum exercendos Tyrones.

Natandi usum estiuis mensibus omnis equali/
ter debet tyro condiscere. Non enim pontibus
semper flumina transeuntur. Sed & cedens: &
insequens natare cogitur frequenter exercitus. Sepe re/
pentinis imbribus solent exundare torrentes. Et igno/
rantia non solum ab hoste: sed ab ipsis aquis discrimen
incurrit. Ideoq; Romani ueteres: quos tot bella: & con/
tinuata pericula ad omnem rei militaris erudiuerant ar
tem / Campum martium uicinum tyberi delegerunt:
in quo iuuentus post exercitium armorum sudorem:
pulueremq; dilueret. ac lassitudinem: cursusq; laborem
natando deponeret: non solum aūt pedites: sed & equi/
tes: ipsosq; equos: uel lixas: quos Galliarios uocāt ad na
tandum exercere percōmodum est: ne quid imperitis:
qum necessitas incumbit eueniat.

Quemadmodum ad scuta: uel ad
palos antiqui exercebant tyrones.

Antiqui: sicut inuenitur in libris hoc genere ex
ercuere tyrones. Scuta de uimine in modū cra/
tium: & rotundata texebant ita: ut duplum pon
dus crates haberet: q̄ scutum publicum habere consue
uit: iidemq; clauas ligneas duplicis eque ponderis pro
gladiis/tyronibus dabant. Eoq; modo non tantum ma/
ne: sed etiam post meridiem exercebantur ad palos. Pa
lorum enim usus non solum militibus: sed etiam gladi/
atoribus plurimū prodest. Nec unq̄ aūt arena: aut cam
pus inuictū ꝓbauit uirum: nisi: qui diligenter exercita/
tus docebatur ad palū. A singulis aūt tyronibus singuli
pali defigebantur in terram/ ita ut micare non possent

& sex pedibus eminerent. Contra illum palum: tanq̄ cō
tra aduersarium tyro et crate illa: & claua: uelut cum gla
dio se exercebat: & scuto: ut nunc quasi caput: aut faciē
peteret: nunc a lateribus minaretur. Interdum contende/
ret/poplites: & crura succidere. recederet. insultaret. insi/
liret. & quasi presentem aduersarium: sic palum omni
impetu: omni bellandi arte tentaret: in qua meditatione
seruabatur illa cautela: ut ita tyro ad inferendum uulnus
insurgeret: ne qua parte ipse pateret ad plagam.

Non cesim: sed punctim ferire
docendos Tyrones.

Preterea non cesim: sed punctim ferire disce/
bant. Nam cesim pugnantes non solum facile
uicere: sed etiam derisere Romani. Cesa enim
quouis impetu ueniat: non frequenter interficit: cum &
armis uitalia defendantur: & ossibus. At contra puncta
duas unctias facta: & adacta mortalis est. Necesse est
enim: ut uitalia penetret: quicquid immergitur. Deinde
cum cesa infertur: brachium dextrum: latusq; nudatur.
Puncta autem tecto corpore infertur. & aduersarium
sauciat anteq̄ uideatur. Ideoq; ad dimicandum hoc pre
cipue genere usos constat esse Romanos. Dupli autem
poderis illa cratis: & claua dabantur: ut cum uera: & le/
uiora Tyro arma sumpsisset: uelut grauiore pondere li/
liberatus securior: alacriorq; pugnaret.

Armaturam docendos Tyrones.

Preterea illo exercitii genere: quod armaturam
uocant/& a campi doctoribus traditur/ imbu/
endus est tyro Qui usus uel ex parte seruatur.
Constat enim & iam in omnibus preliis armaturā me
lius pugnare: q̄ ceteros. Ex quo intelligi debet/ꝙ exerci
tatus miles inexercitato sit melior. cū armature utcūq;

eruditi reliquos contubernales suos bellandi arte prę
dant·Ita autem seuere apud maiores exercitii disciplí/
na seruata est:ut & doctores armorū duplicibus remu/
nerarentur annonis:& milites:qui parum in illa prolusi/
one profecerant/pro frumento ordeum cogerētur acci
pere : Nec ante eis in tritico redderetur annona/ q̄ sub
presentia prefecti tribunorum : uel principum experi/
mentis datis ostendissent se'omnia/ quę erant in milita/
ri arte complesse·Nihil enim neq; firmius:neq; felicius
neq; laudabilius est reip·in qua abundant milites erudi
ti· Non enim uestium nitor: uel auri/argenti: gemma/
rumq; copię hostes aut ad reuerentiam nostrā : aut ad
gratiam inclinant:sed solo terrore subiguntur armorū·
Deinde in aliis rebus:sicut ait Cato/ si quid erratum est
potest postmodum corrigi·Pręliorum delicta emenda
tionem non recipiunt·Nam poena statim sequitur erro
rem·Aut enim confestim pereunt:qui ignaue: imperi/
teq; pugnauerunt · Aut in fugam uersi uictoribus ultra
pares esse non audent·

Tyrones exercendos ad missilia iaciendа·

Ed ad inceptum reuertor·Tyro qui cum clauа
f exercetur ad palam bastilia quoq; ponderis
grauioris q̄ uera futura sunt iacula aduersus il/
lum palum:tanq̄ aduersus hominem iactare compelli/
tur:in qua re armorum doctor attendit:ut magnis uiri/
bus: & destinato ictu bastile contorqueat: ut uel in pa/
lum:uel iuxta dirigat missile· Etenim exercitio/ lacertis
robur accrescit·& iaculandi pitia: atq; usus acquiritur·

Sagictis diligenter Tyrones imbuendos·

Ed prope uel tertia/ uel quarta pars iuniorum:
ſ quę aptior poterit reperiri/ arcubus ligneis:sa
gictisq; lusoriis/ad illos ipsos semper exercen

da palos·at ad doctores ad hanc rem artifices eligendi
& maior adhibenda solertia:ut arcum scienter teneant:
ut fortiter impleant:ut sinistra fixa sit:ut dextra cum ra
tione ducatur: ut ad illud : quod feriendum est oculus
pariter/animusq; consentiāt·ut siue in ęquo/siue in terra
recte sagictare doceant:quam artem et disci opus est di
ligenter:& quotidiano usu : exercitioq; seruari· Quan/
tū autem utilitatis boni sagictarii in pręliis habeāt/ Ca/
to in libris de disciplina militari euidenter ostendit· Et
Claudius pluribus iaculatoribus ante institutis atq; per
doctis hostem:cui prius impar fuerat/superauit:Aphri
canus quidem Scipio/cū aduersum Numantinos: qui
exercitum populi Ro·sub iugū miserant/esset acie cer/
taturus/aliter se supiorem futurū esse non credidit : nisi
in omnibus centuriis lectos sagictarios miscuisset·

Ad iactandos lapides fundis exercendos
Tyrones·

D lapides uero uel manibus:uel fundis iacien/
a dos exerceri diligenter conuenit iuniores · Fun
darum usum primi balearium insularum ha/
bitatores & inuenisse/& ita perite exercuisse dicuntur:
ut matres paruos natos nullum cibum contingere sine/
rent:nisi quē ex funda destinato lapide pcussissent· Sę/
pe·n·aduersus bellatores cassidibus catafractis loricisq;
munitos teretes lapides de funda uel fustibalo destinati
sagictis sunt omnibus grauiores/& mēbris integris:leta
le tñ uulnus important: ut sine inuidia sanguinis hostis
lapidis ictu intereat·In omnibus aūt uetez pręliis fundi
tores militasse nullus ignorat quę res ideo ab uniuersis
tyronibus frequenti exercitio discēda est:qa fundā por
tare nullus est labor·& interdū euenit:ut in lapidiosis lo
cis conflictus habeatur:ut mōs sit aliquis defendendi

BIBLIOTECA DE LEO
BRINDISI

aut collis:ut ab oppugnatione castellorū siue ciuitatum lapidibus barbari:fundisq; depellendi sint.

De exercitio plumbatarum.

Plumbatarum quoq; exercitatio: quas martio/barbulos uocāt/est tradenda iunioribus. Nam in illyrico dudum duę legiones fuerunt: quę sena milia militum habuerūt/quę/q; his telis scienter utebantur/& fortiter/martiobarbuli uocabantur. His longo tempore per legiones strenuissime cōstat omnia bella confecta usq; eo:ut Dioclitianus:& Maximianus:cū ad imperium pueniissent/pro merito uirtutis hos martiobarbulos louiarios atq; herculianos censuerint appellandos. Eosq; cunctis legionibus prętulisse docemur. quinos aūt martiobarbulos inſertos scutis portare consueuerunt:quos si oportune milites iacerent prope sagittariorum scutati mutuari uidentur officium. Nam hostes: equosq; consauciant priusq; non modo manu ad manum:sed ad ictum missilium potuerit peruenirī.

Quemadmodum ad ascendendos equos Tynes exercendi sunt.

Non tantum a tyronibus: sed etiam a stipendiis militibus salitio equorum districte est semper exacta/& usq; ad hanc ętatem:licet iam cū dissimulatione peruenisse manifestum est. Equi ligneī hyeme sub tecto:ęstate ponebantur in campo. Super hos iuniores primo inermes:dum consuetudine ꝓficerent. Demum armati cogebantur ascendere. tātaq; cura erat ut non solum a dextris: sed etiam a sinistris partibus & insilire/& desilire discerent: euaginatos etiam gladios: uel contos tenentes. Hęc enim assidua meditatione faciebant:ut melius in tumultu pręlii sine mora ascenderent:qui tam studiosissime exercebantur in pace.

Ad portandum pondus exercendos Tyrones.

Pondus quoq; baiulare usq; ad.lx.libras, & iter facere gradu militari frequentissime cogendi sunt iuniores:quibus in arduis expeditōnibus necessitas imminet annonam pariter/& arma portandi Nec hoc credatur esse difficile si usus accesserit. Nihil enim est:quod nō assidua meditatio facillimū reddat. Quā rem antiquos milites factitauisse Virgilio ipso teste cognosci potest:qui ait. Nō secus:ac patriis acer Romanus in armis: Iniusto sub fasce uiā cum carpit/& hosti Ante expectatum positis stat in agmine castris.

Quo armorum genere usi sint antiqui.

Locus exigit:ut quo armorum genere instruendi:uel muniendi sint tyrones referre tentemus Sed in hac parte antiqua penitus consuetudo deleta est. Nam licet exemplo Gothorum:& Alanorū Hunnorūq; equitum arma profecerint:pedites tamen cōstat esse nudatos. Ab urbe enīz condita usq; ad tempus diui Gratiani et Catafractis: et Galeis muniebatur pedestris exercitus. Sed cum campestris exercitatio interueniente negligentia:desidiaq; cessaret/grauia uideri arma coeperūt:quę raro milites induebant. Itaq; ab imperatore postulabāt primo catafractas. deinde cassides reponere. sic detectis pectoribus: & capitibus congressi contra Gothos milites nostri multitudine sagittarioruz sępe deleti sunt. nec post tot clades:quę usq; ad tantarum urbium excidia peruenerunt cuiq; curę fuit uel Catafractas:ul' Galeas pedestribus reddere. ita fit: ut nō de pugna: sed de fuga cogitent. qui in acie nudi exponūtur ad uulnera. Quid enim pedes sagitarius sine Catafracta:sine Galea faciet: qui cum arcu scutum tenere non potest:Quid ipsi Draconarii atq; signiferi:qui sinistra manu hastas gubernant/in pręlio facient! quorum & capita nuda constant/& corpora. Sed grauis pediti

lorica uidetur/& galea fortaſſe raro meditanti: & arma tractanti. Cęterum quotidianus uſus non laborat etiam ſi onerosa geſtauerit: ſed illi: qui laborem in portandis ueteribus munimentis armorum/ ferre non poſſunt de tectis capitibus/& uulnera ſuſtinere coguntur/ & mortes. Et/quod eſt grauius/eſt & turpius aut capi/aut certe fugere/& remp. perdere: ſic dum exercitium: laborēq; declinant cum maximo dedecore trucidantur: ut pecudes. Vnde enim apud antiquos mirus nō dicebatnr pedeſtris exercitus: niſi quando pilate legiones: pręter ſcuta/etiam catafractis: galeiſq; fulgebant/ uſq; eo: ut ſagittarii ſiniſtra brachia manicis munirentur/pedites ſcutati pręter catafractas: & galeas: etiam ferreas ocreas in dextris cruribus cogerentur accipere. Sic erant muniti illi: qui in prima acie pugnātes principes: in ſecunda haſtati: in tertia triarii uocabantur. Sod triarii genibus flexis ſolebant intra ſcuta ſubſidere: ne ſtantes uulnerarentur uenientibus telis. & cum neceſſitas poſtulaſſet/tanq̄ requieti/uehementius inuaderent hoſtes: quibus conſtat ſępe factam eſſe uictoriam: cum haſtati illi/ & qui principes ſteterant interiiſſent. Erant tamen apud ueteres inter pedites: qui dicebantur leuis armaturę/funditores: & ferentarii: qui pręcipue in cornibus locabantur: & a quibus pugnandi ſumebatur exordium. Sed ii/& uelociſſimi. & exercitatiſſimi legebantur. Nec erant admodum multi: qui cedentes: ſi pręlii neceſſitas compuliſſet/inter principia legionum recipi ſolebant ita: ut acies immota conſiſteret/uſq; ad preſenſem prope ętatem conſuetudo permanſit: ut omnes milites pileis: quos pannonicos uocabant/ex pellibus uterentur: quod propterea ſeruabatur: ne grauis galea uideretur in p̄lio homini: qui geſtabat aliquid ſemp in capite. Miſſilibus autem: quibus utebatur pedeſtris exercitus pila uocabantur/ ferro ſubtili trigono pręfixa/nouem unciarum ſine pedali: quod in ſcuto fixa non poſſint abſcindi. & loricā ſcienter/ac fortiter directa facile perrumpunt: cuius generis apud nos iam rara ſunt: Barbari autem ſcutati pedites his pręcipue utuntur/ quas bebras uocant. & binas etiam: ac ternas in pręliis portant. Sciendum pręterea quod cum miſſilibus agitur ſiniſtros pedes in ante/ milites habere debere. Ita enim uibrādis ſpiculis uehemētior ictus eſt. Sed: cum ad pylam: ut appellant/ uenitur: & manu ad manum gladio pugnatur: tunc dextros pedes in ante milites habere debent: ut & latera eorū ſubducātur ab hoſtibus: ne poſſint uulnus accipere & proximior dextera ſit: quę plagam poſſit inferre. Inſtruendos igitur: ac protegendos omni arte pugnandi & quocunq; armorum genere cōſtat eſſe tyrones. Neceſſe eſt enim: ut dimicandi acriorem ſumat audatiam: qui munito capite: uel pectore non timet uulnus.

De munitione Caſtrorum.

Caſtrorum quoq; munitionem debet tyro con
c diſcere. Nihil. n. tam ſalutare: neq; tam neceſſarium inuenitur in bello. Quippe ſi recte conſtita ſunt caſtra/ita intra uallū ſecuri milites dies: nocteſq; peragunt/etiam ſi hoſtis obſideat quaſi muratam ciuitatem uideantur ſecum ubiq; portare. Sed huius rei ſcientia prorſus intercidit. Nemo enim iamdiu deductis foſſis. prefixiſq; ſudibus Caſtra conſtituit. Sic diurno: uel nocturno ſuperuentu equitum Barbarorum multos exercitus ſcimus frequenter ufflictos. Non ſolum autem confidentes ſine Caſtris iſta patiuntur:

ſed cuꝫ in acie caſu aliquo coeperint cedere munimen
ta caſtrorum : quo ſe recipiant/ non habent / & more
animalium multi cadunt. uec prius moriendi finis fit:
q̃ hoſtibus uoluntas fuerit proſequẽdi.

In quibus locis conſtituenda ſint caſtra.

Caſtra autem/preſertim hoſte uicino tuto ſem
c per facienda ſunt loco ubi ut & lignorum:et pa
buli:& aquę ſuppetat copia. Et ſi diutius com/
morandum ſit:loci ſalubritas eligetur.Cauendum etiaꝫ
ne mons ſit uicinus altior : qui aduerſariis captus poſſit
officere. Conſiderandum etiam ne torrentibus inunda
ri conſueuerit campus/& hoc caſu uim patiatur exerci
tus.Pro numero autem militum: uel impedimentoruꝫ
munienda ſunt caſtra:ne maior multitudo conſtipetur
in paruis:neue paucitas in latioribus ultra quam opor/
tet cogatur extendi.

Quali ſpecie deſignanda ſunt caſtra.

Nterdum auteꝫ quadrata.Interdum trigona.In
i terdum ſemirotũda:prout loci qualitas: aut ne
ceſſitas poſtulauerit caſtra facienda ſunt.Porta
autem:quę appellatur prętoria aut oriẽtem ſpectare de
bet:aut illum locum:qui ad hoſtes reſpiciet. Aut ſi iter
agitur/illam partem debet attendere: ad quam eſt pro/
fecturus exercitus:intra quam primę centurię: hoc eſt
cohortes papiliones tendunt/& dracones: & ſigna con
ſtituunt.De cumana autem porta:quę appellatur poſt
prętoriam eſt:per quam delinquentes milites educun/
tur ad poenam.

Quo genere munienda ſint caſtra.

Aſtrorũ autem diuerſa:triplexq; munitio eſt.
c Nam ſi nimia neceſſitas nõ premit/ceſpites cir
cumcidũtur e terra . & ex his/uelut murus in/
ſtruitur altus tribus pedibus ſuper terram ita:ut in ante
ſit foſſa:de q̃ leuati ſint ceſpites.deinde tumultuaria foſ
ſa ſit lata pedes nouẽ/& alta pedes ſeptem . Sed ubi uis
acrior imminet hoſtium/tunc latiſſima foſſa ambitum
conuenit munire caſtroꝝ/ita ut ſit lata.xii.pedes:alta ſit
ſub linea ſicut appellãt pedes nouem.ſupra aũt ſepibus
hinc inde factis/quę de foſſa egeſta fuerit/terra cõgeri/
tur.& creſcit in altum.iiii.pedes.ſic fit:ut ſit.xiii. alta/&
xii.lata:ſu pra quam ſudes de lignis fortiſſimis:quas mi
lites portare conſueuerant/prefiguntur;ad quod opus li
gones raſtra.qualos.aliaq; utenſilium genera habere cõ
uenit ſemper in promptu.

Quem admodum munienda ſunt caſtra:
cum hoſtis immineat.

Ed facile eſt abſentibus aduerſariis caſtra mu/
s nire.Verũ ſi hoſtis incumbat:tunc omnes eq/
tes:& media pars peditum ad propulſandum
hoſtiũ impetũ ordinãtur in acie.Reliqui poſt ipos du
ctis foſſis muniũt caſtra: & per prękonẽ indicatur quę
centuria prima.quę ſcda.quę tertia omne opuscõpleue
rit.Poſt hęc a centuriõibus foſſa iſpicitur ac mẽſuratur
& uindicatur in eos:q negligẽtius fuerint opati.Ad hũc
ergo uſum cõſtituendus eſt tyro:ut/cũ neceſſitas poſtu
lauerit/ſine pturbatione celeriter poſſit caſtra munire.

Quemadmodũ exerceantur Tyrones:ut in acie
ordines/& interualla cuſtodiant.

Cnihil magis prodeſſe conſtat in pugna:q̃: ut
a aſſiduo exercitio milites in acie diſpoſitos or/
dines ſeruent.Nec ultra magis/q̃ expedit/ con/
globent agmen:aut laxent. Nam etiam conſtipati per/
dunt ſpacia pugnandi.& ſibi inuicẽ impedimento ſunt
& rariores:atq; interlucentes aditus prorumpendi bo/
ſtibus prękãt.Neceſſe eſt aũt ſtatim metu uniuerſa cõ
fundi:ſi interciſa acie ad dimicandum in terga hoſtis

acceſſerit·Producendi ergo tyrones ſunt ſemp ad cam
pum:& ſm matriculę ordinem in acie dirigendi/ita ut
primo ſimplex extenſa ſit acies:ne quos ſinus; ne quas
habeat curuaturas:ut ęquali:legitimoq; ſpatō miles di
ſtet a milite·tunc precipiendum:ut ſubito duplicent aci
em ita:ut in ipſo impetu:ad quē ipſi reſpondere ſolent/
ordo ſeruetur·Tertio prędipiendum eſt: ut quadratam
aciem repente conſtituant :quo facto in trigonum:quē
cuneum uocant acies ipſa mutanda eſt : Quę ordina/
tio plurimum prodeſſe conſueuit in bello· Iubetur etiā
ut inſtruant orbem:quo genere cum uis boſtium inter
rupit aciem/reſiſti ab exercitatis militibus cōſueuit: ne
omnis multitudo fundatur in fugam:& graue diſcrimē
immineat·Hoc ſi iuniores aſſidua meditatione percę/
perint/facilius in ipſa dimicatione ſeruabunt·

Quantum ſpatium ire : debeant & Quotiens
in menſe exerceri qum educuntur Milites
ambulatum·

p Rętera uetus conſuetudo pmanſit·& diui Au
guſti:atq; Hadriani conſtitutionibus prędaue
tur :ut in menſe tam equites:q̄ pedites educan/
tur ambulatum· Hoc enim uerbo boc exercitii genus
nominant·& decem milia paſſuum armati: inſtructiq;
omnibus telis pedites militari gradu ire:ac redire iube
bantur in caſtra ita/ut aliquaꝫ itineris partem curſu ala
criore conficerent·Equites quoq; diuiſi per turmas: ar/
matiq; ſimiliter tantum itineris pagebant:ita:ut ad equę
ſtrem meditationem interdum ſequerentur: interdum
cederent·& recurſu quodā impetus repararent·Non ſo
lum aūt in campis:ſed etiam in cliuoſis/& arduis locis
& deſcendere:& aſcēdere utraq; acies cogebatur:ut nul
la res uel caſus prorſus pugnātibus poſſet accidere: quā
non ante boni milites aſſidua exercitatione didiciſſent·

De adoratione rei militaris Ro/
manęq; uirtutis·

b Aec ſidei: ac deuotōis intuitu imperator inui/
cte de uniuerſis auctoribus:qui rei militaris di
ſciplinam litteriſ mandauerunt/in hunc libellū
enucleata congeſſi:ut in delectu: ac exercitatione tyro/
num ſi quis diligēs uelit exiſtere ad antiquę uirtutis in
uitationem facile corroborare poſſit exercitum· Neq;
enim degenerauit in hōibus martius calor· nec effoe
tę ſunt terrę:quę Lacedęmonios:quę Athenienſes:quę
Marſos:quę Samnites:quę Pelignos:quę ipſos proge
nuere Romanos·Nonne Epyri armis plurimū aliunde
ualuerunt? Nōne Macedones:ac Theſſali ſuperatis Per
ſis uſq; ad Indiam bellando penetrarunt? Dacos aūt/ac
Moedos:ac Traces in tantum bellicoſos ſemper fuiſſe
manifeſtū eſt:ut ipſum Martem fabuloſe apud eos na/
tum eſſe confirment·Longum eſt: ſi uniuerſarum pro/
uinciarum uires enumerare contendam : cum omnes
in Romani Imperii ditione conſiſtant· ſed longe ſecu/
ritas pacis homines partim ad delectationem ocii:par/
tim ad ciuilia traduxit officia·Ita cura exercitii milita/
ris primo negligentius agi/poſtea diſſimulari ad poſtre
mum olim in obliuionem perducta cognoſcitur · nec
aliquis boc ſuperiore ętate accidiſſe miretur :cum poſt
primū punicum bellum·xx·ex curſu annorum pax ita
Romanos illos ubiq; uictores ocio/& armorum deſue
tudine eneruauit : ut ſecundo punico bello Hannibali
pares eſſe non poſſent· Tot itaq; cōſulibus· tot ducibus
tot exercitibus amiſſis· Tunc enim ad uictoriam perue
nerunt:cum uſum:exercitiumq; militare condiſcere po
tuerunt·Semper ergo eligendi/& exercendi ſunt iunio/
res· Vtilius enim conſtat erudire armis ſuos : q̄ alienos
mercede conducere:·

Finis·

Vegetii Rhenati epithomatis de re militari liber secundus.

Nstituta maiorum artis armatę pręci pue clementiaꝫ uestram/ peritissimeq; retinere continuis declaratur uictoriis: ac triumphis siquidem indubitata ap probatio artis sit rerum semp effectus Verum tranquillitas tua impator inui/ cte altiori consilio: q̄ mens poterat terrena concipere ex libris antiqua desiderat: cum ipsam antiquitatem factis recētibus antecedat. Cum igitur hęc litteris breuiter cō prehendere Maiestati uestrę nō tam discenda: q̄ cogno scenda pręciperer/ certauit sępius deuotio cum pudore. Quid enim audacius: q̄ dn̄o: ac principi generis huma ni domitori omnium gentium barbararum de usu: ac disciplina insinuare bellorum: nisi forte iussisses fieri: quod ipse gessisses. & rursum tanti impatoris non obe/ dire mandatis plenum sacrilegii uidebatur: atq; pericu/ li. Miro itaq; timore in parēdo audax factus sum: dum metuo uideri audacior: si negassem: Ad quam temerita tem pręcedens me indulgentię nestrę pennitas anima/ uit. Nam libellum de delectu: atq; exercitio tyronū du dum tanq̄ famulus obtuli. non tn̄ culpatus abscessi. nec formido iussum aggredi opus: ꝙ spontaneū cessit im/ pune.

Hęc continet secundus liber.

In quot genera diuidatur res militaris.
Quid inter legiones: & auxilia intersit.
Quę causa ex hauriri fecerit legiones.
Quotenas legiones antiq duxerunt ad bellum.
Quemadmodum legio constituatur.
Quot cohortes in una sint legione. Item quot milites in una cohorte.
Nomina & gradus principum legionum.
Nomina eorum: qui antiquos ordines ducebant.
De officio pręfecti legionis.
De officio prefecti castrorum.
De officio prefecti fabrorum.
De officio tribuni militum.
De centuriis: atq; uexillis peditum. De turmis equitū legionariorum.
Quem admodum legionis a cies instruantur.
Quemadmodū triarii: uel centuriones armentur.
Cōmissa pugna grauem armaturam stare promuro.
Nomina militum. & gradus in scutis eorum aduersis scribenda.
Pręter çorporis robur notarum: uel computandi artem in tyronibus elegendam.
Donatiui partem dimidiam debent apud signa milites sequęstrare seruandum ipsis.
In legione ita fieri promotiones: ut per omnes cohortes transeant q promouentur.
Quid inter tubicines: & cornicines: & classicū intersit.
De exercitatione militum.
Exempla ad hortationum exercitii militaris & de aliis artibus tracta.
Enumeratio ferramentoꝝ: uel machinarum legionis.

In quot genera diuidatur res Militaris.

Es igitur militaris sicut latinorum Egregius au/ ctor carminis sui testatur exordio/ armis con/ stat & uiribus. Hęc in tres diuidetur partes. Eq tes. Pedites. Classes. Equitum alii alares dicuntur ab eo: ꝙ ad similitudinem alarum ab utraq; parte protegant acies: quę nunc uexillationes uocantur a uelo: quia ue/ lis: hoc est flammulis utuntur. Est aliud genus equituꝫ:

qui legionarii uocantur/propterea quidem: ꝙ connexi sunt legioni ad quorum exemplum sunt equites instituti. Classium item duo genera. Vnū liburnaruꝫ. aliud lusoriaꝝ. Eqtibus campi Classibus maria: uel flumina. peditibus colles. urbes. plana: & arbusta seruantur. Ex quo intelligere magis reip. necessarios pedites: qui possunt ubiq; prodesse. & maior numerus peditum/sumptu: & expensa minore nutritur. Exercitus ex re ipsa: atq; opere exercitii nomen accępit: ut ei nunq̄ liceret obliuisci: quod uocabatur. Verum ipsi pedites in duas diuisi sunt partes. Hoc est in legiones: & auxilia. Auxilia a sociis/ uel foederatis gentibus mittebātur. Romana autem uirtus pręcipue in legionum ordinatione prępollet. Legio autem ab eligendo appellata est.: quod uocabulum/ eorum desiderat fidem: atq; diligentiam: quibus milites probantur. In auxiliis minor. In legionibus longe amplior consueuit militum numerus ascribi.

Quid inter legiones & auxilia intersit.

d Eniq; Macedones. Gręci. Dardani phalanges habuerunt: ut in una phalange armatoꝝ octo milia censerētur Galli: atq; celtibei: pluresq; barbaricę nationes cateruis utebantur in pręlio: in quibus erant sena milia armatorum. Romani legiones habent: in quibus singulis sena milia: interdum amplius militare consueuerunt. Quid autem inter legiones: & auxilia uideatur interesse expediam. Auxiliatores cōducuntur ad pręlium ex diuersis locis/ex diuersis muneribus uenientes. nec disciplina inter se: nec notitia/nec affectione consentiunt. Alia instituta. alius inter eos est usus armorum. Necesse est autem tardius ad uictoriam peruenire: qui discrepant anteq̄ dimicent. Deniq; cum in expeditionibus plurimum prosit omnes milites unius pręcępti significatione conuerti non possunt ęqualter

iussa cōplere. Qui ante pariter non fuerunt: tamen hęc ipsa si solēnibus: diuersisq; exercitiis prope quotidie roborentur/non mediocriter iuuāt. Nam legionibus semper auxilia: tanq̄ leuis armatura in acie iungebant: ut in his p̄liandi magis adminiculum esset: q̄ principale subsidium. Legio autem propriis cohortibus plena: cū grauem armaturam: hoc est principes hastarios triarios ante signarios. Item leuem armaturam: hoc est ferentarios. sagictarios. funditores. balistarios: cum proprios: & sibi impositos equites legionarios iisdem matriculis teneat cum uno animo pariq; consensu castra muniat. aciem instruat. pręlium gerat ex omni parte perfecta/ nulloq; extrinsecus indigens adiumento/ q̄tamlibet hostium multitudinem superare consueuerat. documentum est magnitudo Romana: quę semper cum legionibus dimicans tantum hostium uicit: q̄tum uel ipsa uoluit: uel rerum natura permisit.

Quę causa exhauriri fecerit legiones.

l Egionum nomen in exercitu permanet hodie sed per negligentiam superiorum temporum robur infractum est. Nam cum uirtutis pręmia occuparet ambitio: & per gratiam promouerentur milites: qui promoueri consueuerant per laborem. Deinde contubernalibus completis stipēdiis per testimoniales/ex more dimissis nō sunt alii substituti. Pręterea necesse est morbo aliquantos debilitari: atq; dimitti. aliquantos Militiam deserere: uel diuersis casibus interire: ut nisi annis singulis. immo singulis pene mensibus in recedentium locum iuniorum turba succedat: quamuis copiosus exhauriatur exercitus. Est & alia cā cur attenuate sint legiones. Magnus in illis labor est: militandi. grauiora arma. Sera munera Seuerior disci/

plina. Quod uitantes plerique in auxiliis sępe festinant militię sacramenta pcipere: ubi & minor sudor: & maiora sunt pręmia. Cato ille maior cuz & armis inuictus esset. fertur sępe dixisse: q plus se reip. crederet profuturum: si disciplinam militarem conferret in litteras. Naz unius etatis sunt res: quę fortiter fiūt. Quę uero pro utilitate reip. scribuntur: ęterna sunt. Idem fecerunt alii cōplures. Sed pręcipue Frontinus scribens diuo Traiano ob eiusmodi comprobatur industriam. Horum instituta. Horum pręcępta q̄tum ualebo strictim: fideliterq; signabo. Nam: cum easdem expensas faciat & diligenter & negligenter exercitus ordinatus non solum presentibus: sed etiam futuris sęculis proficiet: si prouisione maiestatis tuę Imperator Auguste & fortissima dispositio reparetur armorum/& emendetur dissimulatio pręcedentium.

Quotenas legiones antiq ad bellū duxerunt.

i N omnibus auctoribus inuenitur singulos cōsules aduersus hostes copiosissimos nō amplius: q̄ binas duxisse legiones: additis auxiliis sociorum/tanta in illis erat exercitatio. tanta fiducia: ut cuiuis bello duę crederentur posse sufficere. Quapropter ordinationem legionis antiquę ꝑm normam militaris iuris exponam: quę descripto si obscurior: aut impolitior uidebitur: non mihi: sed difficultati ipsius rei conuenit imputari. Attento itaq; animo sępius relegenda sunt: ut memoria: intelligentiaq; ualeant comprehendi. Necesse est enim inuictam esse remp. cuius imperator militari arte percępta/q̄tos uoluerit faciat exercitus bellicosos.

Quemadmodum legio constituenda sit.

d Diligenter igitur lectis iunioribus corporibus animisq; pręstantibus. additis etiam exercitiis quotidianis quatuor/ uel eo amplius mensium iussu: auspiciisq; inuictissimi principis legio formatur. Nam uicturis in cute punctis milites scripti & matriculis inserti: iurare solent. & ideo militię sacramenta dicuntur. Iurant autem per deum Christum/ & sanctum spiritum/& per maiestatem imperatoris: quę ꝑm deuz generi humano diligenda est/& colenda. Nam quom imperator/ Augusti nomen accępit/ tanq̄ presenti & corporali deo fidelis est pręstāda deuotio: & impēdendus per uigil famulatus. Deo enim uel priuatus: uel militans seruit. qum fideliter euz diligit: qui deo regnat auctore. Iurant autem milites omnia se strenue facturos: quę pręcęperit imperator. nunq̄ deserturos militiā. nec mortem recusaturos pro Romana rep.

Quot cohortes sint in una legione.

Item quot milites in una cohorte.

s Ciendum est autem in una legione decem cohortes esse debere. Sed prima cohors reliquas & numero militū/& dignitate pręcedit. Nam genere: atq; institutione litterarum uiros electissimos quęrit. Hęc enim suscipit aquilam: quod pręcipuū signum in Romano est semper exercitu/& totius legionis insigne. Hoc imagines imperatorum. Hoc etiam diuina/et presentia signa uenerātur. Habet pedites millē centum quinq;. Equites loricatos. cxxxii. Et appellatur cohors militaria quę caput est totius legionis ab hac: cum pugnandum est/prima acies incipit ordinari. Secunda cohors habet pedites. d. lv. Equites loricatos. lxvi. & appellatur cohors quinquagenaria. Tertia cohors similiter habet pedites. d. lv. Equites. lxvi. Sed in hac tertia ualidiores probari moris est: quia in media acie cōsistit.

Cohors quarta habet pedites.dc.Equites.lxvi. Cohors quinta habet totidem. Sed ſtrenuos deſiderat milites: quia ſicut prima in dextro: ita quinta in ſiniſtro ponitur cornu. Hę quinq; cohortes in prima acie ordinantur. Sexta cohors habet pedites.d.lv.Equites.lxvi. In ipſa quoq; enucleati aſcribendi ſunt iuniores : quia in ſecunda acie conſiſtit media. Octaua totidem animoſos uiros. Nona totidem. Cohors decima habet pedites.d.lv.Equites.lvi. Sed & ipſa animoſos deſiderat uiros : quia in ſecunda acie conſiſtit media. Octaua totidem animoſos uiros. Nona totidem. Cohors decima habet pedites.d.lv.Equites.lvi. Et ipſos bonos conſueuit accipere bellatores: qa in ſecuuda acie ſiniſtrum poſſidet cornu. His decem decem cohortibus legio plena fundatur quę habet peditum ſex milia.Equites.dccxxxii.Minor itaq; numerus armatorum in una legione eſſe non debet. Maior autem interdum eſſe conſueuit. Si non tantum unaz cohortem:ſed etiam alias militarias fuerit iuſſa ſuſcipere.

Nomina & gradus principiorum.

Ntiqua ordinatione legionis expoſita p̃ncipa
a lium militum/& ut proprio uerbo utar principioruz nomina:ac dignitates ſm preſentes matriculas indicabo.Tibunnus maior per epiſtolam ſacrã imperatoris iudicio deſtinatur.Minor Tribunus prouenit ex labore.Tribunnus autem uocatur a tribu: Tribuendoq; iure.preeſt enim militibus:quos ex tribu primus Romulus legit. Ordinarii dicuntur: qui in pręlio pręſunt:& primos ordines ducunt. Auguſtales appellãtur:qui ab auguſto ordinariis iuncti ſunt.Flauiales item tanq̃ ſm auguſtales a diuo Veſpaſiano ſunt legionibus additi. Aquiliferi: qui aquilam ferunt. Imaginarii uel imaginiferi qui imagines imperatoris portant.Optiones ab optando appellati/q̃ antecedentibus ęgritudine prępeditis ii tanquaz adopſati eorum: atq; uicarii ſolẽt uniuerſa curare.Signiferi:qui ſigna portant:quos nunc draconarios uocant. Teſſarii:qui teſſaram per contubernia militum nuntiant.Teſſera autem dicitur pręceptum ducis: quo uel ad aliquod opus: uel bellum mouetur exercitus. Campigeni/ hoc eſt anteſignarii ideo ſic nominati ſunt:quia eorum opera:atq; uirtute exercitii genus creſcit in campo.Metatores: qui pręcedentes locum eligũt caſtris.Beneficiarii ab eo appellati/q̃ promouentur beneficio tribunorum . Librarii ab eo appellantur/q̃ in libros referant rationes ad milites pertinentes.Tubicines.Cornicines.& Buccinatores:qui tuba uel ęreo cornu/uel buccina committere ſolẽt pręliũ. Armaturę duplares: quę binas conſecuntur annonas. Simplares:quę ſingulas.Menſores/qui in caſtris ad podiſimum demetiũtur loca:in quibus tentoria milites figant.uel hoſpitia in ciuitatibus pręſtant. Torquati ſimplares. Torquati duplares:quibus aureus ſolidus uirtutis pręmium fuit:quem qui meruiſſet pręter laudem interdum duplas conſequebatur annonas.Duplares duaſ Simplares unam ſemper conſequebantur annonã.Candidati hi ſunt militeſ principaleſ:qui priuilegiis muniuntur. Reliqui Munificeſ appellantur:quia propter munera facere militiam coguntur.

Nomina eorum:qui antiquoſ ordines ducebant.

Etuſ tamen cõſuetudo tenuit:ut ex primo prin
u cipe legionis p̃meretur centurio primi pyli: q̃
non ſolũ aq̃lę preerat: uerũ etiam quatuor centurias:hoc ẽ.cccc.militeſ gubernabat in p̃ma acie.hic tanq̃ caput totius legiõis merita cõſeq̃batur & cõmoda

Item primus baſtatus duas centurias/id eſt·cc·homines ducebat in acie ſecunda/quem nunc ducentarium uocant·Princeps autem primę cohortis centuriam/& ſemis:hoc eſt·cl·homines gubernabat:ad quem in legione prope omnia:quę ordinanda ſunt/pertinent·Item ſecundus baſtatus centuriam/& ſemis id eſt·cl·homines gubernabat· Manus prior centum homines gubernabat·Sic·x·centurię cohortis primę a quinq; ordinariis regebantur:quibus magnę utilitates: & magnus honor eſt a ueteribus conſtitutus:ut cęteri milites ex tota legione omni labore/ ac deuotione contenderent ad tanta pręmia peruenire·Erant etiã centuriones : qui ſingulas curabãt centurias:qui nũc centenarii nõiantur·Erant decani:qui decem militibus prępoſiti nunc caput contubernii uocantur·Secunda cobors habebat centuriones quinq; ſimiliter tertia·Quarta uſq; ad decimam cohortem·In tota autem legione erant centuriones quinquagintaquinq;·

De officio Prępoſiti Legionis·

batur per totam noctem uigilantes ſingulos in ſpeculis
permanere: ideo in quatuor partes ad clepſidram ſunt
diuiſę uigilię:ut non amplius:q̃ tribus horis nocturnis

neceſſe ſit uigilare. A tibicine omnes uigilie committũ
tur: & finitis horis a cornicine reuocãtur. Idoneos tamẽ
& probatiſſimos tribuni eligunt: qui uigilias circumeãt
& renũtient: ſiqua emerſerit culpa: quos circuitores ap
pellabãt. At nunc militię factus eſt gradus. & circitores
uocantur. Sciendum eſt tamen nocturnas uigilias: equi
tes extra uallum facere debere. Per diem autem caſtris
poſitis alii mane: alii poſt meridiem propter fatigatio/
nem hominum: equorumq; angarias faciunt. Inter prę
cipua conuenit Ducem prouidere ſiue in Caſtris ſiue
in Ciuitate conſiſtat: ut animalium paſcua: ſubuectio
frumenti: cęterarumq; ſpecierum/aquatio/lignatio: pa/
bulatio ſecura reddatur ab hoſtium incurſu. Quod ali
ter non poteſt euenire: niſi per loca idonea: qua noſtro/
rum ambulat cõmeatus/preſidie de is ponantur ſiue il/
le ciuitates ſint: ſiue caſtella munita. Quod ſi non repe
ritur antiqua munitio opportunis locis/circumdata ma
ioribus foſſis. tumultuaria caſtella firmantur. Nam a ca
ſtris diminuto uocabulo caſtella ſunt nuncupata. Inter
quę in angariis aliq̃ti pedites: & equites degentes tutum
iter commeatibus pręſtant. Difficile enim hoſtis ad ea
loca audet accedere: in quibus & a fronte: & a tergo no
uit aduerſarios cõmorari.

Quę & quanta conſideranda ſunt: ut intelli/
gatur utrum ſuperuentibus: & inſidiis: an pu
blico debeat marte confligi:.

Viſquis bos artis bellicę cõmentarios ex pro/
q batiſſimis auctoribus breuiatos legere digna/
bitur q̃primum rationem pręlii: pugnãdiq; cu
pit audire pręcępta. Sed conflictus publicus duaꝝ: aut
trium horarum certamine diffinitur. Poſtq̃ eius partis
quę ſuparata fuerit/ſpes omnis intercidit: ideo omnia
ante cogitanda ſunt: ante tentanda: ante facienda: q̃ ad
ultimum ueniatur abruptum. Boni enim duces nõ aper
to marte pręlium: in quo eſt commune periculum: ſed
ex occulto ſemper attentant. ut integris ſuis/quãtos poſ/
ſunt hoſtes interimant certe uel terreãt: In qua parte: quę
neceſſaria admodum ſunt ab antiquis reperta/ perſcri/
bam. Pręcipua ars/& utilitas ducis eſt: ut adhibitis de
uniuerſo exercitu ſcientibus belli & ſapiẽtibus uiris de
ſuis/& copiis hoſtium ſępius tractet. Omni q̃ plurimũ
notet adulatione ſummota/utrum maiorem numerum
pugnatorum ipſe/an hoſtes habeant/ utrum ipſius/ an
aduerſariorum homines magis armati ſint & muniti:
qui magis exercitati: qui ſint in neceſſitatibus fortiores
Quęrendum eſt etiam: utra pars pedites / utra equites
habeat meliores. Sciendumq; in peditibus maxime cõ
ſiſtere robur exercitus. & inter ipſos equites: qui conta/
tis: qui ſagictariis antecedant/qui plures loricas induant
quis utiliores equos adduxerit. Poſtremo loca ipſa: in
quibus pugnandum eſt/utrum inimicis/an nobis uide
antur accommoda. Nam ſi equitatu gaudemus: cam/
pos optare debemus. Si peditibus loca elígere anguſta
foſſis. paludibus: uel arboribus impedita: & aliquotiens
montoſa: cui magis uictus abũdet/q̃ deſit. Nam fames
ut dicitur/intrinſecus pugnat/& uincit ſępius ſine ferro
Maxime autem tractandum eſt: utrum expediat neceſ
ſitatem protrahi/an celerius dimicare. Interdum autem
ſperat aduerſarius in expeditionem cito poſſe uenirí.
Et ſi delatus fuerit in longum: aut penuria exercitus ma
ceratur/aut deſiderio ſuorum reuocatur ad propria. aut
nihil magnum faciens/per deſperationem abire com/
pellitur. Tunc fracti labore/ac tedio plurimi deſerunt.
aliquanti produnt. aliquanti ſe tradunt. Quia aduerſis
rebus rarior fides eſt: ut/nudari incipit: q copioſus ad/
uenerat. Ad rem pertinet noſſe/qualis ipſe aduerſarius/

uel eius comites ſint/utrum temerarii/an cauti/ an auda
ces/an timidi/ſcientes artem bellicam/ an ex uſu teme/
re pugnantes/quę gentes cum iis fortes:quę ignauę pu/
gnauerint·Noſtra auxilia cuius fidei·quarumq; uirium
ſint:quos illius copię animos:quos noſter exercit9·quę
pars ſibi magis uictoriam repromittat·Eiuſmodi enim
cogitationibus uirtus augetur/aut frangitur·Deſperanti
bus autem creſcit audacia adhortatione ducis/ & ſi ni/
hil ipſe timere uideatur/creſcit animus:ſi ex inſidiis:uel
occaſione aliqd fortiter fecerit·Si hoſtibus aduerſę res
coeperint euenire· Si infirmiores:aut minus armatos ex
inimicis potuerit ſuperare·Cauendum quoq;:ne dubi/
tantem formidantemq; exercitum ad pugnam publi/
cam aliunde producas·Intereſt utrum tyrones:an uete/
res milites habeas:utrum ante breue tempus in expedi
tionibus fuerint:an annos aliquot in pace durarint·Nā
pro tyronibus accipiendi ſunt:qui pugnare longo tem
pore deſierunt·Sed cum legiones:auxilia:uel equites ex
diuerſis aduenerint locis/dux optimus/& ſepatim omi/
nes per tribunos electos:quorū ſcitur induſtria ad om/
nia genera exercere debet armorum· Et poſt in unum
collectos/quaſi depugnaturos conflictu publico/ exer/
cebit·Ipſe ſępius tentabit/quicquid artis habere poſſunt
quid uirium:quemadmodum ſibi conſentiant : utrum
ad tubarum monita:ad ſignorum indicia: ad prȩcepta
uel nutum ſuum diligenter obtemperent · Si errant in
aliquibus:exerceantur:atq; doceantur/q̄diu poſſint eſſe
perfecti·Si uero in campi curſione/in ſagictando/in ia/
culando/in ordinanda acie ad plenum fuerint eruditi·
ne ſic quidem temere occaſione captata ad publicam
deducendi ſunt pugnaz ſed ante minoribus prȩliis im/
buendi·Dux ita uigilans/ſobrius/prudens/tanq̄ de ciui
li cauſa inter partes iudicaturus/adhibito conſilio de ſu

is : & hoſtium copiis iudicet · Et ſi multis rebus ſuperi
or inuenitur/oportunum ſibi non differat inire confli
ctum · Si uero aduerſarium intelligit potiorem/ Certa
men publicum uitet·Nam pauciores numero & inferi
ores uiribus ſub bonis ducibus ſuperuentus/& inſidias
facientes reportauerunt ſępe uictoriam·

Quid fieri oporteat: ſi quis deſuetum a pu/
gna exercitum habeat:uel tyronem·

o Mnes artes:omniaq; opera quotidiano uſu &
iugi exercitatione proficiunt· Quod ſi in par/
uis uerum eſt:q̄to magis decet in maximis cu
ſtodiri·Quis autem dubitat artem bellicam rebus om
nibus eſſe potiorem:per quam libertas retinetur : & di/
gnitas prouincię propagatur:& conſeruatur imperium
Hanc quondam Lacędemonii relictis doctrinis omni
bus:quod poſtea conſueuerunt Romani· Hanc ſolam
hodie quoq; barbari putatnt eſſe ſeruādam·Cętera om
nia aut in hac arte conſiſtere aut per hanc aſſequi ſe poſ
ſe confidunt·Hęc dimicaturis eſt neceſſaria: per quam
uitam retineant/& uictoriam conſequantur·Dux ergo:
cui tantę poteſtatis inſignia tribuūtur:cuius fidei:ac uir
tuti poeſſorum fortunę·tutela urbiū·ſalus militū/ reip·
traditur gloria/ non tantum pro uniuerſo exercitu/ ſed
etiam pro ſingulis contubernalibus debet eſſe ſollicitus
Siquid enim illis eueniat in bello & illius culpa: & pu/
blica uidetur iniuria· Ergo ſi tyronem uel diu armis de
ſuetum ducit/ſingularum legionum : ſiue auxiliorum:
necnon etiam uexillationum uires/animos/conſuetudi
nem diligenter exploret·Sciat etiam : ſi poteſt fieri no/
minatim quis comes/ quis tribunus: quis domeſticus:
quis contubernalis:quantum poſſit in bello : auctorita/
temq; maximam ſeueritate ſumat· Omnes culpas mili
tares legibus uindicet· Nulli ei rātium credatur ignoſce

re·In diuersis locis ex diuersis occasionibus omniū ex/
perimenta percipiat·His:ut oportet ita curatis/ cum di/
spersi ad prędandum securi oberrant hostes: tunc pro/
batos equites:siue pedites cum tyronibus: aut inferiori
bus mittat:ut ex occasione fusis inimicis & illis peritia
reliquis crescat audacia·Ad transitus fluuiorum·ad prę
cipitia montium/ad siluarum angustiam:ad paludum:
aut uiarum difficultates/superuētus nullo sciente dispo
nat·atq; iter suum ita temperet:ut aut cibum capientes:
aut dormientes:aut uacantes certe securos/inermes/dis/
calciatos/distractis equis/nihil suspicantes ipse paratus
inuadat:quatenus in huiusmodi certaminibus sui fidu/
ciam colligant·Nam qui ante longum ꝛempus aut om/
nino nunq̄ uidere homines uulnerari:aut occidi: cum
primum aspexerint perhorrescunt/& pauore cōfusi/de
fuga magis:q̄ de conflictu incipiunt cogitare· Pręterea
si excurrant aduersarii/longo itinere fatigatos aggredia
tur/& ultimos certe uel insperatos superueniat·Eos etiā
qui longe a suis aut pabuli:aut predę gratia commoran
tur subito occupet cum delectis·Illa enim ante tentanda
sunt:quę si male cesserint/minus noceant·Si bene:pluri/
mum prosint · Inter hostes discordiarum serere causas
sapientis est ducis·Nulla enim q̄is sit minima natio ci
to potest ab aduersariis deleri: nisi seipsam propriis s//
multatibus consumpserit· Nam si ciuile odium ad ini/
micorum perniciem pręceps est·ad utilitatē suę defen
sionis incautum·Vnum illud in hoc opere prędicandū
est:ut nemo desperet fieri posse:quę facta sunt·Dicat ali
quis·multi sunt anni:quibus nulla fossa: uallo:aggere q̄
mansurum circumdat exercitum·Respondebitur·si fu
isset ista cautela/nihil diurni:aut nocturni superuentus
hostium nocere putuissent·Perse imitantes Romanos
ductis fossis castra constituunt·Et quia arenosa sunt pro

pe omnia/ expuluerulenta/ quę effunditur terra/ com/
plent saccos:quos inanes portauerant:eorumq; cumulo
aggerem faciunt · Omnes barbari carris suis connexis
in orbem ad similitudinem castrorum/securas a super/
uenientibus exigunt noctes· Veremur ne discere neque
amus:quę a nobis alii didicerūt· Hęc ex usu libriscq; di
scēda:quę antea seruabātur· Sed omissa diu nemo quę
siuit:quia ingentibus pacis officiis procul aberat bello
rum necessitas·Sed ne impossibile uideatur armoꝝ di/
sciplinā: cuius usus intercidit/reparari posse/doceamur
exemplis·Ars militaris apud ueteres in oblitionem sę
pius uenit·Sed a libris repetita est·Postea ducum aucto
ritate firmata est·Scipio Aphricanus sub aliis impera/
toribus Hispanienses exercitus frequenter uictos accę/
pit·Hos disciplinę regula custodita ita exercuit omni
ope:fossisq; faciendis:ut diceret/fodientes luto inquina
ri debere:qui sanguine hostium madere uoluerint. Tū
ipse deniq; numantinos sic capta ciuitate supauit:ut nul
lus euaserit:Metellus in aphrica Albino imperante sub
iugatum accepit exercituꝫ: quem ita emendauit ueteri
bus institutis:& disciplina maioꝝ:ut postea cosa qbus
sub iugum missi fuerant/superarent·Cimbri quoq; Ce/
pionis/& Manilii:& Syllani legiones inter Gallias dele/
uerunt:quarum reliquias cum·C·Marius susceptisset ita
erudiuit scientia/& arte pugnandi ut in mirabilē multi/
tudinem non solū Cimbroꝝ:sed etiam Theutonicorū
& Vgrorum publico marte deleret · Facilius est aūt ad
uirtutē instruere nouos milites:q̄ reuocare pterritos·

Quę die agantur:uel procuranda sint : cum
publica/committitur pugna·

Remissis leuioribus artibus belli ad publici
p conflictus incertum/ & fatalem diem nationi/
bus) ac populis Ratio Militaris disciplinae

inuitat·Nam in euentu aperti martis uictorię magnitudo consistit·Hoc ergo tempore tanto magis duces debent esse sollicíti:quanto maior speratur diligentibus gloria/& maius periculum comitatur ignaros: in quo momento peritię usus/pugnandi doctrina:consiliumq; dominatur·Veteribus sęculis mos fuit parco cibo curatos milites ad certamē educere:ut citatōres sumpta redderet:esca & longiore conflictu nō fatigarentur inedia Pręterea obseruādum est presentibus hostibus siue ex ciuitate/siue ex castris producas ad preliū:ne dum per angusta portarum particulatim ꝓcedat exercitus a collectis:& prępara tis debilitetur inimicis·Ideoq; prouidē dum est:ut ante omnes milites egrediātur portas/& acíem prius construant:q̄ hostis adueniat · Quod si intra ciuitatem manentibus imparatis aduenerint/ aut differatur egressus:a ut certe dissimuletur/ ut cum aduersarii insultare ceperint bis:quos non putāt exituros:qum ad prędam aut redeundum conuerterint animum:qum ordines solue rint/tunc illis stupentibus lętissimi quiq; prorumpant:& confestim aggrediantur ignaros·Obseruatur autem:ne longo spacio fatigentur milites: ne lassos post cursum equos ad publicum pręlium cogas/multū uirium labore itineris pugnaturus amittit·Quid faciet: qui ad aciem anbelus aduentat!boc & ueteres declinauerunt:& superiori ętate nostra cum Romani duces p imperitiam non cauissent:ne quid amplius dícam exercitus perdiderunt·Impar enim conditio est lassum cum requieto· Sudantem cum alacri· Currentem cum eo/ qui steterit/ inire conflictum·

Inuestigandum quid sentiant milites pugnaturi·

1 Psa die:qua certaturi sunt milites/quid sentiant diligenter cōuenit explorare·¸Nam fiducia:uel fortitudo ex uultu:uerbis:incessu/motibus cernitur:nec confidas satis:si tyro pręliū cupit· In expertis enim dulcis est pugna·Et nouerís te oportere differre:si exercitati bellatores metuerunt dimicare·Monitis tamen/& oratione ducis exercitui uirtus accrescit/ & animus: pręcipue:si futuri certaminis talem accęperint rationem qua sperent se ad uictoriam peruenturos · Tunc inimicorū ignauia:uel error ostendendus:uel si ante a nobis superati sunt/commemorādum· Dicenda etiam/quibus milituꝫ mentes odio aduersariorꝫ in iram/ indignatē emq; moueantur·Animis pene omnium hōim hoc naturaliter euenit:ut trepident: cum ad conflictum uenerint·Sine dubio aūt formidolosiores sunt : quorꝫ mentes ipse confundit aspectus·Sed hoc remedio formido lenitur· Si ante q̄ dimices/frequenter exercitum tuum locis tutioribus ordines: unde & uidere hostem : & cognoscere consuescant· Interdū audeant aliquid ex occasione aut fugent/aut interimant·Inimicorum mores·aduersariorꝫ arma/& equites recognoscant · Nam/ quę ex usu sunt/ non timentur·

Quēadmodū locus idoneus eligatur ad pugnā·

b Onum ducem conuenit noscere magnā partem uictorię·ipm locū:in quo dimicandū est/postidere·Elabora ergo: ut conserturus manum primum auxilium capias ex loco: qui tanto utilior iudicatur:q̄to superior fuerit occupatus· In subiectos·n·uebementius tela descendunt·& maiore impetu obnitentes pars altior pellit·Qui aduerso nititur cliuo/duplex subit & cum hoste:& loco certamen· Sed illa distantia est ꝙ si de peditibus tuis uictoriam speras contra aduersariorum equites·loca aspera/ inequalia : montuosa debes eligere·Si uero de equitibus tuis contra aduersariorum pedites uictoriā quęris:sequi debebis paulo ꝙdem editi

ora loca:ſed plana:atq; patentia:neq; ſiluis: neq; paludi/
bus impedita.

Quemadmodum acies debeat ordinari/ ut in conflictu reddatur inuicta.

Ordinaturus aciem tria debet ante proſpicere:
o Solem:Puluerem:& Ventum. Nam ſol ante fa
ciem eripit uiſum. Ventus contrarius tua infle/
ctit:ac deprimit. hoſtium adiuuat tela. Puluis a fronte
congeſtus oculos implet:& claudit. Hęc momento eo/
quo acies ordinatur etiam imperiti uitare ſolēt. Sed du
ci prouido cauendum eſt in futurum. ne poſt paulum
accedente die noceat ſolis mutata conuerſio. Nec uen/
tus aduerſus hora ſolita eo pugnante naſcatur. Ita ergo
conſtituantur ordines:ut hęc poſt occiput noſtruz ſint.
Et ſi poteſt fieri/aduerſariorum impetant faciem. Acies
dicitur exercitus inſtructus: frons cuius aduerſum ho/
ſtes ſpectat. Hęc in publica pugna ſi ſapienter diſponi
tur:plurimum iuuat. Si imperite quamuis optimi bella
tores ſint/mala ordinatione franguntur. Inſtructōis lex
eſt:ut in primo exercitati & ueteres collocentur milites
quos antea principes uocabant:In ſecundo ordine cir/
cumdati cathafractis ſagictarii: & optimi milites cum
ſpiculis:uel lanceis ordinētur:quos prius haſtatos uoca
bant. Singuli autem armati in directum ternos pedes in
ter ſe occupare conſueuerunt. hoc eſt in mille paſſibus
ſexcentiſexagintaſex pedites ordinantur in longum:ut
nec acies interluceat: & ſpatium ſit arma tractandi. In/
ter ordinem & ordinem a tergo in latum ſex pedes di/
ſtare uoluerunt:ut haberent pugnatores ſpatium acce/
dendi:atq; recedendi. Vehementius enim cum ſaltu:&
curſu tela mittuntur. In ordinibus his duobus & ętate
maturi/& uſu confidentes:& muniti etiam grauioribus
armis collocantur. Hi enim ad inuicem muri nec cede
dere/nec ſequi aliquando cogendi ſunt:ne ordines tur/
bent:ſed uenientes aduerſarios excipere:& ſtando: pu/
gnandoq; repellere:uel fugare. Tertius ordo diſponitur
de armaturis leuiſſimis/de ſagictariis iuuenibus. de bo/
nis iaculatoribus:quos antea ferētarios uocabāt. Quar/
tus item ordo cōſtituitur/de ſcutatis expeditiſſimis: de
ſagictariis iunioribus:de iis:qui acriter uerutis: uel mar
tiobarbolis:quas plumbatas uocant/dimicant qui dice
bantur leuis armatura. Sciendum ergo eſt ſtantibus du
obus primis ordinibus. Tertium:& Quartum ordineꝫ
cum miſſilibus/& ſagictis primo loco ſemper exire. q̄
ſi hoſtes in fugaꝫ uertere potuerint/ ipſi cum equitibus
perſequuntur. Si uero ab hoſtibus pulſi fuerint:redeunt
ad primam, & ſecundam aciem. & inter ipſos recipiūt
ſe ad loca ſua. Prima autem / & ſecunda acies: cum ad
ſpatas & ad pila: ut dicitur uentum fuerit: totum ſuſti/
net bellum. In quarta acie ponebantur interdum caro/
baliſtę:manubaliſtarii:fundibulatores:funditores. Fun
dibulatores ſunt:qui fuſtibulis lapides iaciunt. Fuſtibu
lus eſt fuſtis longus pedibus quatuor: cui per medium
ligatur funda de corio:& utraq; manu impulſus prope
inſtar onagri dirigit ſaxa. Funditores ſunt: qui fundis
utuntur lino/uel ſetis factis. Has enim dicunt eſſe melio
res:cum torto circa caput brachio dirigūt ſaxa:quibus
ſcuta deerant ſiue lapidibus manu iactis/ſiue miſſilibus
in hoc ordine dimicabant. Quos acceſſos/ tanq̄ iunio/
res/& poſtea additos nominabant. Sextus ordo poſt
omnes ſa firmiſſimis/& ſcutatis: & omni genere armo/
rum munitis bellatoribus tenebantur:quos antiqui tria
rios uocabant. Hi/ut requieti/ & integri uehementius
hoſtes inuaderent/poſt ultimas acies ſedere cōſueuerūt

Si quid enim primis ordinibus accidisset/ de eorum ui
ribus reparationis spes tota pendebat.

Ratio podismi q̄tum spaciuꝫ inter singulos
hominesin longum/uel inter singulos ordi/
nes custodiri debeat in latum.

Xplanato autem/ qualiter debeat instrui acies
e nunc podismū:mensuramq; ipsius ordinatiōis
exponā : In mille passibus campi una acies mil
lesexcentossexagintasex susciptꝫpedites/propterea : qa
singuli bellatores ternos occupant pedes. Q ꝺ si sex aci/
es in mille passibus campi ordinare uolueris nongenti
nonaginta sex pedites sunt necessarii. Si aūt internos or
dines ultra hunc numerum uolueris tendere:duo milia
passuum comprẽbendes. Sed melius est plures acies fa
cere:q̄ milites spargere. Senos autem pedes a tergo in la
tum diximus debere patere. et ipsi bellatores stantes sin
gulos obtinent pedes. ideoq; si sex acies ordinabis/ qua
draginta/& duos pedes in latum/& mille passus in lon/
gum.&.x.hominum tenebit exercitus. Si autem inter/
no uolueris.xx. & unum pedes in latum & duo milia
passuū in longum decez milium tenebit exercitus. Ad
hanc rationem siue uiginti milia/ siue triginta peditum
fuerint iuxta mensuram podismi sine aliqua difficultate
poterunt ordinari. Nec dux fallitur/cum sciat qui locus
q̄tos possit capere armatos. Deniq; si angustior locus sit
ne multitudo possit sufficere/iam inde nouem:uel am/
plius ordinari acies conuenit. Magis enim conuenit: ut
conferti pugnent:q̄ longius separati a suis. Nam si nimi
um fuerit attenuata acies/cito aduersariis facta impressi
one dirumpitur:& nullum postea po'e it esse remediuꝫ
Qui autem numeri in dextro cornu:qui insiniſtro:qui
in medio debeant ordinari/uel iuxta dignitates eorum
seruatur ex more: uel certe pro q̄litate hostiū cōmutaſ.

De equitibus ordinandis.

Onstructa acie peditum/ equites ponuntur in
c cornibus ita ut loricati omnes. & cōtati iuncti
sint peditibus. Sagictarii autem: uel qui loricas
non habent longius euagentur. A/fortioribus nanq; eq
tibus peditum protegenda sunt latera & a uelocioribus
atq; ex peditis hostium cornua supfundenda sunt: atq;
turbanda. Scire debet dux/cōtra quos drumos:hoc est
globos hostiū quos eqtes oporteat poni. Nam nescio
qua occulta rōe/immo pene diuina alii contra alios di
micant melius. & qui fortiores uicerāt/a b inferioribus
sępe uincuntur. Quod si equites impares fuerint more
ueterum uelocissimi cum scutis leuibus peditesad hoc
ipsum exercitati eisdem miscendi sunt:quos explicitos
uelites nominabant. Quo facto q̄is fortissimi equites
uenerint: tamen aduersum mixtum agmen pares esse
non possunt. Vnum hoc remediuꝫ ueteres duces habu
isse dicuntur. ut assuefacerent iuuenes currentes egregie
& inter binos equites singulos ex bis pedites colloca/
rent cum scutis leuioribus:gladiis:atq; missilibus.

De subsidiis:quę post aciem collocantur.

Ed optima ratio est: & ad uictoriam plurimuꝫ
s confert: ut electissimos de peditibus : eqtibus:
conuicariis:comitibus:tribunisq; uacātibus ha
beat dux post aciem prẽparatos/alios circa cornua:ali/
os circa medium: ut sicubi hostis uehementer insistit/
ne rumpatur acies: prouolent subito: & suppleant loca:
additaq; uirtute inimicoruꝫ frangatur audacia. Hoc pri
mi Lacones inuenerunt. Carthaginenses imitati sunt il/
los. Romani postea ubiq; seruauerunt. Hac dispositiōe
nulla melior inuenit. Nam si directa acies hoc agere dꝫ
si pōt:ut hostem repellat:aut fundat. Si cuneus est agen
dus aut forfex/supfluos habere debebis post aciem: de

quibus cuneum:uel forticē facias:si copia de prxoima ducenda sit.Serra item exabundantibus ducitur. Nam si de loco suo ordinatum militem transferre coeperis/ uniuersa turbabis.Si globus hostium superatus aut alā tuam:aut partem aliquam urgere coeperit nisi superfluos habeas:quos contra globos possis opponere siue peditis:siue equites de acie tuleris: dum aliā uis defendere/ fendere:aliam periculosius denudabis.q; si bellatorꝫ tibi copia non abundat:melius est aciem habere breuioreꝫ dummodo in subsidiis colloces plurimos. Nam pluresꝫ circa uedias partes campi ex peditibus bene armatis debes.habere lectissimos:de quibus cuneū facias & statim hostiū acies rumpas.Contra cornua aūt de cōtatis loricatisq; equitibus ad hoc seruatis/et leui armatura peditum alas hostium circumuenire te conuenit.

In quo loco p̄mus dux stare debeat:in quo secundus:in quo tertius.

d Vx qui p̄cipuam sustinet potestatem/in dextra parte inter equites/ & pedites stare consueuit. Hic :n.locus est:in quo tota acies gubernatur: exquo est rectus:liberq; ꝓcursus.Ideo inter utrosq; consistit:ut & consilio regere:& auctoritate tam equites q̄ pedites possit hortari ad pugnam. Hic de equitibus supernumerariis/mixtis peditibus ex peditis aduersarioꝝ sinistrum cornu:quod stat contra ipsum circuire debet:& a tergo semper urgere. Secundus dux in media acie ponitur peditum:qui eam sustentet/ & firmet. Hic fortissimos pedites/& bene armatos de superfluis secum habere debet:de quibus aut ipse cuneum faciat: & hostium aciem rumpat.Aut si aduersarii cuneum fecerint/ipse forticem faciat:ut cuneo illi possit occurrere In sinistra parte exercitꝰ debet esse tertius dux satis bellicosus: & prouidus: quia sinistra pars difficilior est &

uelut manca in acie consistit. Hic bonos equites supernumerarios:& uelocissimos pedites secum habere debet:de quibus sinistrum cornu semper extendat: ne circumueniatur ab hostibus.Clamor autem:quem barbaricum uocant non prius debet attolli / q̄ utraq; acies se iunxerit.Imperatorum enim est/uel ignauorum uocifera de longe/cum hostes magis terreātur/ si cum telorꝫ ictu clamoris horror accesserit. Studere autez semp debes:ut prius instruas aciem: q̄ hostis : quia ex arbitrio tuo potes facere:quod tibi utile iudicas:cum nullus obsistat. Deinde tuis auges confidentiam / & aduersariis minuis fiduciam.Quia fortiores uidentur: qui prouocare non dubitant.Inimici autem incipiunt formidare qui uident contra se acies ordinari.Huic additur maximum commodum:quia tu instructus. paratusq; inordinatum & trepidum aduersarium p̄occupas. Pars enim uictorie est inimicum turbare ante/q̄ dimices.

Quibus remediis uirtuti: uel dolis hostium resistatur in acie.

e Xceptis superuentibus uel incursionibus repētinis ex occasione quam nunq̄ dux exercitus amittit.Nam in itineribus iam fatigatis in fluminum trāsgressione diuisis in paludibus occupatis/in iugis montium laborantibns.In campis sparsis.atq; securis in mansione dormientibus/oportunū semper p̄lium infertur.Cum aliis negociis occupatus hostis prius interimatur:q̄ p̄parare se possit. Quod si cauti sint inimici/& insidiaruꝫ nulla sit copia:tunc aduersum presentes/scientes/uidentesq; ꝓqua conditione pugnatur.In de ars belli in hoc aperto conflictu/magis/q̄ in occultis fraudibus adiuuat eruditos. Cauēdum uel maxime/ne ab ala:cornuq; sinistro:qō sꝑpi9 euenit: ul' certe dextro

quod tamen raro contingit/circũueniantur tui a multi/
tudine hostium a uagãtibus a globis: quos drumos uo
cant·Quod si acciderit/unum remediũ est:ut alam:cor
nuq; replices/& retundas/quatenus conuersi tui socioꝝ
terga defendant·Sed in angulo ipsius extremitatis for/
tissimi collocentur:quia ibi impetus amplior fieri con/
sueuit·Item aduersus cuneum hostium certis modis re/
sistitur·Cuneus dicitur multitudo peditum: quę iuncta
cum acie primo angustior:deinde latior procedit:& ad
uersariorum ordines rumpit: quia a pluribus in unum
locum tela mittuntur:quam rem milites caput porcinũ
uocant·Contra quem ordinatio ponitur:quam forficẽ
uocant· Nam e lectissimis militibus in unum confertis
in·V·litteram ordo componit ur/& illum cuneum exci
pit:atq; ex utraq; parte concludit:quo facto aciem non
potest rumpe·Item serra dicitur:quę a strenuissimis di/
recta ante frontem opponitur hostibus ut turbata acies
reparetur·Globus aũt dicitur:qui a sua acie separatus ua
go superuentu incursat inimicos·Cõtra quem alter po/
pulosior:uel fortior immittitur globus·Obseruandum
quoq; est: ne sub tempore: quo iam cõmittitur pugna
uelis ordines commutare: ac aliquos numeros ad alia
transferre·Statim enim nascitur confusio:atq; tumultus
& imparatis:conturbatisq; facilius hostis incumbit·

Quot generibus pugna publica committa/
tur:& quõ etiam qui inferior est numero &
uiribus/ualeat obtinere uictoriam·

d Epugnationũ septem sunt genera: cum infesta
ex utraq; parte signa confligant· Vna depu/
gnatio est fronte longa/quadrato exercitu:sicut
& nunc prope semper solet prælium fieri· Sed hoc ge/
nus depugnationis periti armorum: non optimum
iudicant:quia cum in prolixo spatio contenditur acies
non equalis semper campus occurrit· Et hiat aliqñ in
medio sinus:uel curuatura sit:in eo loco frequenter aci
es irrumpitur·Præterea si multitudine aduersarius ante/
cedit a lateribus/aut dextram:aut sinistram alam circũ
uenit:in quo periculum magnum est: nisi supernume/
rarios habeas:qui sustineant: hostemq; repellant· Hoc
genere solus debet cõfligere:qui & plures: & fortes ha
buerit bellatores·ut exutroq; cornu hostem circumue/
niat:& quasi in sinum sui exercitus concludat· Se/
cunda depugnatio publica est:quę plurimis melior: in
qua si paucos strenuos ordinaueris loco idoneo/ etiam
si multitudine hostiũ & uirtute turberis:et uirtute:tñ po
teris reportarr uictoriã·Huius talis est modus· Cum in
structe acies ad congressum ueniant: tunc tu sinistram
alam tuam a dextera aduersarii tui longe separabis:nec
uel missilia: uel sagictę ad eam perueniant· Dexteram
alam autem tuam sinistrę alę illius iunges·& ibi primũ
inchoa prælium ita/ut cum equitibus optimis:& pediti
bus probatissimis sinistram partem illius: ad quam te
iunxeris:aggrediaris·& detrudendo: atq; supercurren/
do ad hostium terga peruenias·Quod si semel aduersa
rios exinde pellere coeperis/accedentibus tuis indubi/
tatam uictoriam consequeris·Et pars exercitus tui: quã
ab hoste summoueris/secura durabit·Ad similitudinẽ
autem·A·littere:uel libellę fabrilis acies in hoc dimicã
di genere constituitur·Quod si aduersarius te prior fe/
cerit:quos post aciem supernumerarios diximus/debe
re poni tam equites:q̃ pedites/ad sinistrum tuum colli/
ges cornu & sic aduersario resistes magnis uiribus: ne
arte pellaris· Tertia depugnatio est similis secun/
dę/sed in hoc deterior:q; a siuistro cornu tuo cum illius
incipis dextro confligere·Nam quasi mancus impetus

eſt eorum & aperti cum difficultate eoꝝ aggrediuntur
boſtes:qui dimicant in ſiniſtro cornu.Quod aptius ex
planendo dicã.Si qñ alam tuam ſiniſtram longe habue
ris meliorem. Tunc.n.fortiſſimos equites:peditesq; con
iungere & in cõgreſſu.Et ipſam primã applica ad aliaꝝ
boſtium dexterã.Et q̃tum potes aduerſarii dextraꝝ/pel/
lere:& circũire feſtina.Tu aũt aliam exercitus partem:
in qua deteriores bellatores habere te noſti/ a ſiniſtra il
lius lõgiſſime ſepara:ne uel gladiis inuadatur: uel ad eã
tela perueniant.In hoc genere cauendum eſt: ne inimi/
corum cuneis tranſuerſa tua acies elidatur. Hoc autem
modo uno caſu utiliter pugnatur . Si aduerſarius infir/
mius dextrum cornu habuerit:tu longe fortius ſiniſtrũ
Quarta depugnatio eſt talis.Cum ordinaueris aciem an
te quadringentos:uel quingẽtos paſſus/q̃ ad boſtes per
ueniás/non ſperante eo ſubito ambas alas tuas incitare
te conuenit:ut ex utroq; cornu improuiſos boſtes uer/
tas in fugam:& celerius uictoriam cõſequaris.Sed hoc
genus certaminis licet cito ſupereſt: ſi exercitatiſſimos:
fortiſſimoſq; produxerit:tamen periculoſum eſt : quia
mediam aciem ſuam qui ſic dimicat denudare com/
pellitur:& in duas partes exercitum ſeparare . Et ſi pri/
mo impetu uictus inimicus non fuerit:habet poſtea oc
caſionem:qua inuadat: & diuidat cornua : & mediam
aciem deſtitutã. Quinta depugnatio eſt ſimilis quar
tę.Sed hoc unum amplius habet: quia leuem armatu/
ram:& ſagictarios ante mediam aciem ponit: ut illis re
ſiſtentibus acies non poſſit irrumpi. Nam ſicut de dex
tro cornu illius ſiniſtrum:& ſic de ſiniſtro cornu illius
dextrũ aggreditur.Quod ſi fugare potuerit: ſtatim uin
cit:ſin minus media acies illius non labora: quia a leui
armatura:& ſagictariis defenditur. Sexta depugna/
tio eſt optima:& prope ſimilis ſecũdę:qua utuntur:qui

de numero ſuorum: & de uirtute deſperant . Et ſi bene
ordinauerint/quamuis cum paucioribus/ſemper uicto
riam conſequuntur . Nam cum inſtructa acies ad bo/
ſtes accedat/ dextram alam tuam ſiniſtrę alę boſtium
iunge.& ibi per equites probatiſſimos:& pedites uelo/
ciſſimos incipe pręliari. Reliquam aũt partem exerci/
tus tui a dextra parte illius longiſſime remoue.& in di/
rectum porrige/quaſi ueru . Nam cũ ſiniſtram partem
illius a tergo / & a lateribus cęperis cędere / ſine dubio
uertes in fugam.Aduerſarius autem nec de dextro cor
nu ſuo:nec dimidia acie poteſt ſuis laborantibus ſub/
uenire:Quia acies tua extenditur:& tota ſe porrigit ad
ſimilitudinem.l.littere longiſſimę/quę recedit ab boſti
bus:Quo genere in itinetibus ſępe confligitur. Sep/
tima depgnatio eſt : quę loci beneficio adiuuat dimi/
cantem.In hac quoq; & cum paucioribus. & cum mi/
nus fortibus poteris aduerſarios ſuſtinere . Si mare aut
montem:aut lacus:ſiue flumen:aut paludes:ſiue ciuita/
tem:ſeu abrupta in una parte habeas: ex qua boſtis nõ
poſſit accedere.Reliquum exercituꝫ tuum directa acie
ordines.Sed in illa ala quę munitionem non habet:om
nes equites:& ferentarios ponas. Tunc ſecurius cũ bo
ſte pro tuo arbitrio confliges:quia ab una parte loci na
tura te munit. Ab alia duplex proponitur equitatus. Il/
lud tamen obſeruandum eſt:quo nihil melius : ut ſiue
de dextro cornu tuo cum illius ſiniſtro pugnare uolue
ris:ibi fortiſſimos ponas/ſiue de ſiniſtro cum illius de/
xtro ibi ſtrenuiſſimos colloces.ſiue in medio facere uo
lueris cuneos:per quos acies boſtiũ rumpas in cuneo
exercitatiſſimos homines bellatores. Victoria enim per
paucos fieri conſueuit.Tamen eſt:ut electi a duce ſapi/
entiſſimo in his locis:in quibus ratio: & utilitas poſtu/
lat/ordinem.

Viam abscedendi ab hostibus dandam: ut deleantur facilius fugientes.

p Leriq; rei militaris ignari pleniorez uictoriam crednnt: si aduersarios aut in locorum angusti/is: aut armatoruz multitudine circumdederint: ut non inueniant aditum abscedendi. Sed clausis ex de/speratione crescit audacia. & cum spei nihil est / sumit arma formido. Libenter cupit commori: qui sine du/bio scit esse moriturum. Ideo scipionis est laudanda a sententia: qui dixit riam hostium: qua fugerent non es/se muniendam. Nam cum abscedendi aditu patefacto mentes omnium ad prębenda terga consenserint: mul/ti more pecudum trucidantur: nec consequentium ullū periculum est: qum uicti: quibus defendi poterant ar/ma conuerterunt. Hoc genere q̄to maior fuerit exerci/tus: tanto facilius multitudo ꝓsternitur. Neq; enim ibi reqrēdus est numerus: ubi animus semel territus nō taz tela hostium cupit declinare: q̄ uultum. Cęterum clausi licet exigui numero: & infirmi uiribus: tamen hoc ipso hostibus sunt pares: quia desperantes sciunt sibi aliquid non posse licere. Nam una salus uictis nullam sperare salutem.

Quemadmodum recedatur ab hosti bus: si consilium pugnę displiceat.

d Iggestis omnibus: quę ratio militaris experi/mentis: & arte seruabit/unum superest docere/ quemadmodum recedatur ab hostibus. Nam disciplinę bellicę: & exemplorum periti nusquā maius periculum imminere testantur. Qui a congressu/rece/dat ex acie/suis fiduciam minuit/& inimicis addit au/daciam. Verum quia hoc sępius necesse est euenire/qui bus modis tute possit fieri/ declarandum est. Primum/ ut tui nesciant te ideo decedere: quia declinas inire con flictum. Sed credant se arte aliqua ideo reuocari: ut ad opportuniorem locum inuitetur hostis: ut facilius supe retur. Vel certe insequentibus aduersariis secretōres col locentur insidię. Nam necesse est ad fugam parati sint: qui ducem suum sentiunt desperare. Illud quoq; uitan/dum est: ne hostes te recedere sentiant: & statim irruant Propterea pleriq; ante pedites suos equites posuerunt: ut discurrentes aduersarios uidere non sinerent: quando pedites abscedebant. Item particulatim incipientes a pri mis singulas acies subducebāt. retroq; remeabant in gra du suo/reliquis manētibus quos sensim post acies seq; ad illos iungebant: quos subduxerant/q̄primum aliquā tis exploratis itineribus noctu cum exercitu recedebāt ut hostes die orto/cum non intellexissent/nō posset prę cedentes comprehendere. Pręterea leuis armatura prę mittebatur ad colles: a qua subito tutus reuocaretur ex/ercitus. & si hostes insequi uoluissent/ a leui armatura: quę antea occupauerat locum/additis equitibus funde/bantur. Nihil enim periculosius existimatur q̄ si incon sulte insequentibus ab his: qui in subsessa fuerint: uel an te separauerint/obuietur. Hoc tempus est quo oportu/ne collocentur insidię quia aduersum fugientes maioꝝ audacia & minor cura est. Necessario autem amplior securitas solet grauius discrimen habere. Imparatis ci/bum capientibus in itinere lapsis equos suos pascenti/bus ac nihil tale suspicantibus superuentus assolet fieri Quod & nobis uitādum est & hosti in huiusmodi oc casionibus pernicies inferenda. Hoc enim casu oppres/sis nec uirtus potest: nec multitudo ꝓdesse. Qui in acie publica uincitur pugna: licet & ibi ars plurimum prosit

tamen ad defensionem suam potest accusare fortunam Qui uero superuentus:& insidias passus est/et subsessas culpam suam excusare non potest:quia hoc uitare potuit·& per speculatores idoneos ante cognoscere· Cum receditur:talis fraus fieri consueuit·Pauci equites recto itinere consequuntur· Valida manus occulte per alia mittitur loca:ubi ad agmen inimicorum peruenerunt equites:leuiter tentant:atq; discedunt·Ille credit/quicquid insidiarum fuerat/preteriisse:& sine cura resoluitur in negligentiam· Tunc illa manus: que occulte per alia loca destinata fuerat superueniens opprimit ignaros· Multi cum ab hoste discedunt:si per siluas ituri sunt/ premittunt·qui per angusta:uel abrupta occupant loca/ne ibidem ab aduersariis patiantur insidias · & rursus post se precisis arboribus uias claudūt:quas compedes uocant ut hostibus facultatem adimant persequendi · & pene utriq; parti ad subsessas in itinere cōmunis occasio est· Nam qui precedit opportunis uallibus:uel siluosis montibus/quasi post se relinquit insidias: in quas cum incidit inimicus:recurrit ipse:& adiuuat suos· Qui uero aduersis semitis sequitur/longe/ante destinat expeditos & precedendo aduersariū arcet a transitu·ut decęptum a tergo/& a fronte concludat·Dormientibus noctu aduersariis/& qui precessit potest regredi:& qui sequitur/ q̄tumuis intersit/potest superuenire ad fraudem·In trās/fretatione fluuiorum/ qui precessit illam partem/tentat opprimere:quę premissa transierat/ dum reliqui alueo separantur·Qui uero sequitur festinato itinere illos/qui non peterunt transire/conturbat·

De Camelis catafractatis equitibus·

c Amelos aliq̄te nationes in acie pduxerūt apud ueteres:ut urciliani intra Aphricā·Macetes hodie quoq; producunt·Sed hoc genus animaliū & arenis tolerandum est:& siti aptum· Confusas etiam in puluere/ uento uias absq; errore dirigere memoratur· Cętetum pręter nouitatem si ab insolitis dimouca/tur inefficax bello est·Catafracti equi propter munimina/que gerunt,a uulneribus quidem tuti· Sed propter impedimentum:& pondus armorū capi eos facile est· Aliiq; sunt frequenter obnoxii contra dispersos peditēs q̄ contra equites in certamine meliores: tamen sunt aut ante legiones positi:aut cum legionariis mixti:quando cōminus:hoc est manu ad manum pugnatur/ acies,q;/pe hostium rumpunt·

Quemadmodum quadrigis falcatis:uel Elephantis in acie possit obsisti·

q Vadrigas falcatas in bello Rex Antiochus:& Mythrydates habuerunt:qui ut primo magnū in acie intulere terrorem:ita postmodum fuere derisui:nam difficile currus falcatus planum semper inuenit campū/& leui impedimento tenetur· Vnoq; affli cto:aut uulnerato a quo decipitur:sed maxime Romanoz militū arte perierunt· Vbi ad pugnā uentum est·repente Romani toto campo tribulos deiecerūt: in quos currentes quadrige cum incidissent/deletę sunt· ¶Tribulus est aūt in quatuor palis fixum propugnaculū:qđ quo mō abieceris tribus radiis stat/& erecto quarto infestus est· Elephanti in pręliis magnitudine corporū barrit9 horrore/formę ipius nouitate bōies equosq; cōturbant·Hos contra Romanum exercitum prius in lucania Rex Pyrrhus eduxit·Postea Hannibal in Aphrica·Rex Antiochus in oriente·Iugurtha in Numidia copiosos habuerunt aduersus quos diuersa resistendi genera armorum excogitauerunt· Nam & centurio in lucania gladio manum/quam promuscidem uocant uni abscidit·Et bini Catafracti equi iungebantur ad currū:

Tribulus

Promuscis

Quib9 insidẽtes clibanarii sariſſas id est lõgissimos cõ
tos in elephantos dirigebant. Nam muniti ferro nec a
iagictariis: quos uehebant beluę lędebantur/ & earum
impetum equorum celeritate uitabant. Alii contra ele/
phãtos catafractos milites immiserũt/ita ut in brachiis
eorum/& in cassidibus/uel humeris aculei ingentes po
nerentur e ferro: ne manu sua elephas bellatorem cõtra
se uenientem posset apprehendere. Prędipue tamen ue/
lites ante elephantos antiqui ordinauerunt. Velites au/
tem erant iuuenes leui armatura/corpore alacri: qui ex
equis missilia optime dirigebant. Hi equis pręter currẽ
tibus ad latiores lanceas/uel maiora spicula beluas oc/
cidebãt. Sed crescẽte audacia postea collecti plures mi
lites / pariter pila id est missilia in elephantos congere/
bant:eosq uulneribns elidebant. Illud tamen additum
est:ut funditores cum fustibalis/& fundis/ rotundis la/
pidibus destinatis/indos:per quos regebantur elephan
ti cum ipsis turribus affligerent: atq mactarent: quo
nihil tutius inuenitur. Prędterea uenientibus beluis/quasi
aciem irrupissent/ spatium milites dabant. Quę cum in
agmen medium peruenissent circumfusis undiq armа
torum globis cum magistris absq uulneribus capiebã
tur illędę. Carrobalistas aliquanto maiores. Hę enim lõ
gius:& uehementius spicula dirigunt superpositas curri
culis cum binis equis aut mulis post aciem ordinari cõ
uenit. Et cum subiactu teli accesserint best ię sagictis ba/
listariorum transfiguntur. Latius tamen:& firmius con
tra eas prędigitur ferrum:cum in maioribus corporib9
maiora sint uulnera. Aduersus elephantos plura exem/
pla/& machinamenta rettulimus: ut si quando necessi/
tas postulauerit/sciatur:quę sint tam immanibus beluis
opponenda.

Velites

Quid fieri debeat/ si uel pars fu/
gerit:uel totus exercitus.

Ciendum uero est:si pars exercitus fugerit/ &
s pars uicerit minime desperãdum cum eiusmo
di in necessitate ducis cõstantia totam sibi pos/
sit uendicare uictoriam. Innumerabilibus hoc accidit
bellis: & pro superioribus habiti sunt: qui minime de/
sperauerunt. Nam in simili conditione fortior creditur
quem aduersa non frangunt. Prior ergo de cesis hosti/
bus spolia capiat quod ipsi dicunt / colligat campum.
Prior clamore:ac buccinis exultare uideatur. Hac fidu
cia perterrebit inimicos ita suis fiduciaz geminauit qua
si uictor ex omni parte discesserit. Quod si aliquo casu
omnis in acie fundatur exercitus/perniciose tamen cla
dis reparationis. Multis fortuna non defuit & medici/
na quędenda est. Dux ergo prouidus sub ea cautela pu
blico debet marte cõfligere:ut siquid pro uarietate bel
lorum:uel cõditiõis humanę/secus acciderit/absq gra/
ui detrimento liberet uictos. Nam si uicini fuerint col/
les. Si post terga munitio. Si cęteris abscędentibus for/
tissimi quiq restiteret: se:suosq seruabunt. Frequenter
iam suffusa acies dispersos ac passim sequentes repara/
tis uiribus interemit. Nam nunq exultantibus maius so
let euenire discrimen:q cum exhibita ferocia subito in
in formidinem cõmutatur. Sed quicunq euentus sint/
colligendi sunt superstites bello erigendi adhortationi/
bus congruis:& armorũ instauratõe refouendi. Tunc
noui delectus:noua quędruntur auxilia. Et quod ampli/
us prodest captatis occasionibus in ipsos uictores per
occultas insidias impetus faciendus est. ac sic audacia re
paranda. Nec opportunitas deerit:cum pro felicitate su
perbius/et incautius mentes efferantur humanę. Si quis
hunc casum ultimum putet/cogitet euentus omniũ prę
liorum inter initia contra illos magis fuisse quibus ui/

etoria debebatur.

Regulę bellorum generales.

In omnibus prę̄liis expeditōis cōditio talis est ut quicquid tibi prodest / aduersario noceat. qđ illū adiuuat: tibi semper officiat. Nunq̄ ergo ad illius arbitriū aliqd facere: aut dissimulare debemus: sed id solum agere: quod nobis utile iudicamus. Contra te enim incipis esse: si imitaris: quod ipse fecit pro se. Et rursum quicquid pro tua parte tentaueris: contra illum erit: si uoluerit imitari. In bello qui plus in angariis uigilauerit: plusq̄ in exercendo milite laborauerit / minus periculum sustinebit. Nunq̄ miles in aciē producendus est: cuius antea experimenta non cęperis aut inopia aut superuentibus: aut terrore. Melius est hostem fame domare: q̄ prę̄lio: in quo amplius solet fortuna potestatis habere: q̄ uirtus. Nulla consilia sunt meliora: q̄ illa: quę ignorauerit aduersarius anteq̄ facias. Occasio in bello amplius solet iuuarę q̄ uirtus. In sollicitandis: suscipiendisq̄ hostibus / si cum fide ueniant: magna fiducia est: quia aduersarium amplius frangunt transfuge: q̄ perempti. Melius est post aciem plura seruare præsidia q̄ latius milites spargere. Difficile uincitur qui uere potest de suis & de aduersarii copiis iudicare. Amplius ualet uirtus: q̄ multitudo. Amplius prodest sępe locus / q̄ uirtus. Paucos uiros fortes natura procreat. bona institutione plures reddit industria. Exercitus labore proficit / ocio consenescit. Nunq̄ ad certamen publicū produxeris militem: nisi / cum uidereris eum sperare uictoriam. Subita conterrent. Visitata uilescunt. Qui dispersos suis insequitur quā ipse acceperat aduersario uult dare uictoriam. Qui frumentum necessariumq̄ commeatum non preparat / uincitur sine ferro. Qui multitudine & uirtute pręcedit: quadrata dimicet fronte: qui est primus modus. Qui imparē se iudicat dextro cornu suo sinistrum cornu pellat inimici / qui secūdus est modus. Qui sinistram alam fortissimi se habere nouit / dextrā alam hostis inuadat: qui est tertius modus. Qui habet exercitatissimos milites in utroq̄ cornu pariter debet prę̄lium incipere: qui est quartus modus. Qui leuem aut maturam optime regit utranq̄ alam hostis inuadat / ferentariis ante mediam aciem constitutis: qui est quintus modus. Qui nec numero militum / nec uirtute confidit. Si depugnaturus est de dextra sua sinistram alam hostium pullet / reliquis suis porrectis in similitudinem ueru: qui est sextus modus. Qui pauciores: infirmiores q̄ habere nouit. Septimo mō ex uno latere aut mōtem: aut ciuitatem: aut mare: aut flumen: aut aliquod debet habere subsidium. Qui uero confidit equitatu: alti / ora loca quęra militibus: & rem magis per equites gerat. Qui confidit pedestribus copiis aptiora loca equitibus quęrat & rem magis per pedites gerat. Cum explorator hostium latenter oberret in castris / omnes ad tentoria sua per diem redire iubeātur. & statim deprehenditur explorator. Cum consilium tuum cognoueris aduersariis proditum / dispositionem te mutare conuenit. Quod fieri debeat / tractato cum multis. Quod uero facturus sis: cum paucissimis: ac fidelissimis: uel potius tecum ipse. Milites timor / & poena in sedibus corrigit. In expeditionibus spes: atq̄ prę̄miat faciunt meliores. Boni Duces publico certamine nunquam / nisi ex occasione: aut nimia necessitate confligunt. Magna dispositio est hostem magis fame urgere: quam ferro:

De equitatu sunt multa pręcepta.

Sed cum hęc pars militię usu exercitii armorum gene re & equorum nobilitate profecerit/ex libris nihil arbi bitror colligendū:cum presens doctrina sufficiat. Quo genere pugnaturus sis nesciant hostes: ne aliquibus re/ mediis resistere moliantur.

Igesta sunt Imperator inuicte : quę nobilissimi d auctores diuersis probata temporibus per ex/ perimentorum fidem memorie prodiderunt: ut ad sagictandi peritiam:quam in serenitate tua persa miratur . Ad equitandi scientiam:uel decorem : quam Hunnorum: Alanorumq; natio uelit imitari : si possit: Ad currendi uelocitatē: quā Sarracenus: Induscq; equat Ad armaturę exercitationem:cuius campi doctores in toto pro parte exempla intellexisse gaudeant. Quoruꝫ arte regula pręliandi:immo ꝓuincendi artificium inge/ ratur:quatenus uirtute pariter:ac dispositione mirabili rei publicę tuę : & imperatoris officium exhibeas : & militis:

Finis.

Vegetii Rhenati Epitomatis de re militari liber Quartus.

Grestem:incultamq; hominum ab ini a tio sęculi uitam a communiōe mutoꝝ animalium/uel ferarum urbium con/ stitutio prima discreuit. In iis reip. no/ men repperit communis utilitas. ideo potentissimę nationes:ac principes cō secrati nullam maiorem gloriam putauerunt:q̄ aut fun/ dare nouas urbes:aut ab aliis conditas in nomen suum sub quadam amplificatione transferre:in quo opere cle mentia serenitatis tuę obtinet palmā. Ab aliis uel paucę uel singulę a pietate tua innumerabiles urbes ita iugi la/ bore perfectę sunt:ut non tam humana manu conditę: q̄ diuino nutu uideantur ornatę . Cunctos imperatores felicita te/moderatione.castimonia.exemplo indulgen tię/stndiorum amore pręcellis. Regni: animiq; tui bo/ na cernimus & tenemus quę anticipare & superior op. tauit ętas:& exercendi in perpetuum uentura desiderat quibus rebus tantum uniuerso orbi pręstitum gratula/ mur:quantum uel humana mens petere:uel gratia potu it diuina cōferre.Sed dispositionibus uestrę clementię/ q̄tum profecerit murorum elaborata constructio/ Ro/ ma documētum est:quę salutem ciuium capitolinę ar/ cis defensione seruauit:ut glorioſius postea totius orbis possideret imperium . Ad cōplementum igitur operis maiestatis uestrę pręceptione suscępti/rationes/quibus uel nostrę ciuitates defendendę sunt: uel hostiū subru/ endę/ex diuersis auctoribus in ordine digeram.Nec la boris plgebit:cum omnibus profutura credantur.

Hęc continet Liber quartus.

Ciuitates aut natura : aut opere : aut utroq; debere mu/ niri.
Non directos:sed angulosos muros faciendos.
Quemadmodum murus e terra iungatur aggestus ut nunquam elidi possit.
De Cataractis & porits ne exurantur ab ignibus.
De fossis faciendis.
Ne sagictis hostium homines lędantur in muro.
Quibus modis prouidendum sit:ne famem patiantur obsessi.
Quę species prępparandę sint pro murorum defensiōe.
Quid faciendū sit si neruoꝝ copia defuerit.

Quid faciendum:ne aquę penuriam patiantur obsessi.
Si sal defuerit/quid faciendum sit.
Quid faciẽdum sit:cum primo impetu uenitur ad muros.
Enumeratio machinarum:quibus muri oppugnantur.
De ariete.falce.& testudine.
De uineis.
De pluteis.
De aggere.
De musculis.
De turribus ambulatoriis ne concrementur.
Quemadmodum ambulatoria turris possit incendi.
Quemadmodum altitudo muris addatur.
Quo pacto fodiatur terra : ut machina nihil possit nocere.
De scalis.sambuca.exostra.& telenone.
De Balistis.Onagris.Scorpionibus.Arcubalistis.Fustibalis.Fundis.Per quę tormenta defenditur murus.
Aduersum arietem remedia.
De cuniculo:per quem murus defoditur:aut ciuitas penetratur.
Quid facere debeant Oppidani: si hostis irruperit Ciuitatem.
Quę sit adhibenda cautela:ne hostes furtim occupent murum.
Quando Oppidanis inferantur insidię.
Quid faciant obsidentes: ne ab oppidanis patiantur insidias.
Quo genere tormentorum ciuitas defendatur.
Quemadmodum mensura colligatur ad scalas:uel machinas faciendas.
Prędicta belli Naualis.
Nomina iudicum:qui prędeant classi.
Vnde appellentur Liburnę.
Qua diligentia fabricentur Liburne.
Qua obseruatione sit cedenda materies.
Quo mense cedendę sint Trabes.
De modo liburnarum.
Nomina uentorum & numerus.
Quibus mensibus tutius nauigetur.
Quemadmodum tempestatum obseruanda sunt signa
De Pronosticis : quibus noscitur Serenitas /& turbatio Aeris.
De ęstuariis/hoc est de reumate.
De locorum notitia: siue remigibus.
De Telis:Tormentisq; naualibus.
Quemadmodum nauali bello collocentur insidię.
Quid fiat:cum aperto marte bellum Nauale committitur.

Ciuitates aut natura:aut opere: aut utroq; debere munirí.

RBes:atq; Castella aut natura muniuntur : aut manu:aut utroq;:quod firmius dicitur.Natura aut loco edito:uel abrupto: uel circumfuso marí:siue paludibus :uel fluminibus. Manu:fossis:ac muris in illo naturali beneficio tutissimum eligitur consilium.sn plano quęritur fundantis industria.Videmus antiquissimas ciuitates ita in campis patentibus constitutas:ut deficiente auxilio locorum:arte tamen: & opere redderentur inuictę.

Non directos:sed anguloſos muros faciendos.

MBitum muri directū ueteres ducere nolurūt ne ad ictus arietum esset dispositus:sed sinuosis amfractibus iactis fundamentis clausere urbes.Crebrí

oresq; turres in ipsis angulis reddiderũt/propterea/quia si quis ad murum tali ordinatione constructum uel scalas:uel machinas uoluerit admonere/non solum a fronte:sed etiam a lateribus:et prope a tergo:ueluti in sinum circumclusus opprimitur.

Quemadmodum murus e terra iungatur aggestus ut nunq; possit elidi.

m Vrus autem ut nunq; possit elidi/hac ratõe perficitur.Interuallo uicenum pedum interposito duo intrinsecus,parietes fabricãtur.Deinde terra:quę de fossis fuerit egesta inter illos mittitur: uectibusq; densatur/ita ut a muro primus paries parum inferior/secundus longe minor ducatur:ut d eplano ciuitatis ad similitudinem graduũ quasi cliuo molli usq; ad pugnacula possit ascendi:quia uec murus ullis põt arietibus rumpi:quem terra confirmat. & quouis casu destructis lapidibus/ea:quę inter parietes dẽsata fuerit ad muri uicem ingruentibus moles obsistit.

De Cataractis:& portis:ne exurantur ab ignibus.

e Auetur pręterea :ne porte subiectis ignibus exurantur:propter quod sunt coriis:ac ferro tegende.Sed amplius prodest:quod inuenit antiquitas:ut ante portam addatur propugnaculum : in cuius ingressu ponitur cataracta: quę annulis ferreis pendet:ac funibus:ut si homines interuenerint: eadem dimissa extinguantur inclusi.Ita'tamen supra portam murus est ordinandus:ut accipiat foramina: per quę de superiore parte aqua effusa suiectũ extinguat incendiũ.

De fossis faciendis.

f Ossę ante urbem altissimę latissimęq; sunt faciendę ut nec facile coęq̃ri:repleriq; ab obsidentibus possint.Et cũ aquis coeperint inundari/ ab aduersario cuniculum continuare minime patiãtur.Nam duplici modo opus subterraneum earum altitudine/ & inundatione prohibetur.

Ne sagictis hostium homines lędantur in muro.

Ormidatur:ne multitudo sagictariorũ de propugnaculis exterritis defensoribus:oppositisq; scalis occupet murum:aduersum quod catafractas:atq; scuta in ciuitatibus debent habere q̃plurima. Deinde propugnacula duplicia: saga cilíciaq; tendãtur Impetumq; excipiant sagictarum.Neq; enim facile trãseunt spicula rem:quę cedit:ac fluctuat.Inuentũ quoq; remedium est:ut de ligno crates facerent;quas metellas uocauerunt.Lapidibusq; complerent. ea arte bina inter propugnacula constitutas:ut si per scalas ascendisset hostis:& partem aliquam ipsius contigisset/super caput suum uerterentur,saxa.

Quibus modis prouidendum sit: ne famem patiantur obsessi.

m Vlta defensionum:oppugnationumq; sunt genera:quę locis cõpetentibus inseremus. Nunc sciendum est obsidendi duas species esse.Vnam cum aduersarius opportunis locis/prędidiis ordinatis cõtinuis insultibus impugnat obsessos.Alteram qum uel aqua prohibet inclusos/uel deditionem sperat a fame: quando omnes prohibuerit cõmeatus.Hoc enim consilio ipse ociosus:ac tutus fatigat inimicum:ad quos casus possessores:q̃uis leui suspicione pulsati omnem alimoniam uittus intra muros debent studiosissime collocare:ut ipsis exuberet substãtia:aduersarios inopia cogat abscedere.Non solum autem porcinum: sed omne

animaliũ genus: quod incluſum ſeruari non poterit/ deputari oportet ad lardum:ut adminiculo carnis fru/menta ſufficiant. Aues autem cortales: & ſine impenſa in ciuitatibus nutriuntur: & propter ęgrotantes ſunt ne ceſſarie. Pabula equis pręcipue congerenda. &/quę ap/portari nequiuerint/exurenda. uini. aceti: cęterarumq; frugum:uel pomorum congerendę ſunt copię. Nihilq; quod ſuis proficiat hoſtibus relinquendum eſt. Nam ut hortorum cura in uiridariis domorum uel areis ex/erceatur utilitatis:aut uoluptatis ratio perſuadet. Parum autem proficit plurimum collegiſſe:niſi ab exordio di menſione ſalubri per idoneos erogatores temperetur. Nunq; periclitati ſunt fame:qui frugalitatem inter copi as ſeruare coeperũt. Imbecillis quoq; ętas/ac ſexus pro pter neceſſitatem uictus portis frequẽter excluſa eſt: ne penuria opprimeret armatos:a quibus ſępe mœnia ſer uabantur.

Quę ſpecies pręparandę ſint pro murorum defenſione.

Xcorimenta Bitumen. Sulpur. Picem liquidã.
e Oleum:quod incendiarium uocant ad exuren das hoſtium machinas cõuenit prępararí. Ad arma facienda ferrum utriuſq; tempature: & carbones ſeruantur in conditis. Ligna quoq; haſtilibus:ſagictiſq; neceſſaria reponuntur. Saxa rotũda de fluuiis:quę pro ſolidítate grauiora ſunt/& aptiora mittentibus/diligen/tiſſime colliguntur:ex quibus muri replentur: & turres. Minima etiam fundis:ſiue fuſtibalis: uel manibus quę iacienda ſunt. Maiora:quę per onagros diriguntur. Ma xima uero pondere:quę funda uolubili in propugnacu la diriguntur:ut dimiſſa per pręceps non ſolum hoſtes obruant ſubeuntes:ſed machinamenta cõfringant. Ro tę quoq; de lignis uiridibus ingentiſſime fabricantur.

uel interciſi ex ualidiſſimis arboribus cylindri: quos ta leas uocant:ut ſint uolubiles/ leuigantur: quę per pronũ labentia ſubito impetu bellatores ſternunt. Equoſq; ſo/lent deterrere. Trabes quoq;:& tabulata uel diuerſę ma gnitudinis clauos ferreos eſſe oportet in ꝓmptu. Nam talibus oppugnãtium machinis per alias machinas cõ/ſueuit obſiſti/pręcipue cum ſubitis operibus addenda ſit muris:uel propugnaculis altitudo:ne aduerſariorum mobiles turres ſuperueniant/& capiant ciuitatem.

Quid faciendum ſit:ſi neruoꝝ copia defuerit.

Eruorum copia ſummo ſtudio expedit colligi
ri quia onagri:uel baliſte:cęteraq; tormenta: niſi funibus:neruiſq; ligentur/intenta nihil proſunt. Equorum tamen ſetę de caudis:ac iubis ad baliſtas uti les aſſeruntur. Indubitatum uero eſt crines foeminarũ in eiuſmodi tormentis non minorem habere uirtutem: Romanę neceſſitatis experimento. Nam in obſidione Capitolii corruptis iugi:ac longa fatigatione tormentis cum neruorum copia deficiſſet/matrone abſciſſos cri/nes uiris ſuis obtulere pugnantibus:reparatiſq; machi/nis aduerſariorum impetum repulerunt. Maluerunt au tem pudiciſſimę foeminę deformato ad tempus capite libere uiuere cum maritis: q̃ hoſtibus integro decore ſeruire. Cornua quoq;:uel coria cruda ꝓficit colligi ad ad cataphractas texendas: aliaq; machinamenta: ſiue munimenta.

Quid faciendum ſit ne aquę penuriam pati antur obſeſſi.

Agna urbis utilitas eſt:cum perẽnes fontes mu
m rus includit. Q̃ ſi natura nõ pręſtat cuiuſlibꝫ altitudinis effodiendi ſunt putei. Aquarumq; hauſtus funibus extrahendi. Sed interdũ ſi altiora ſunt

loca: quę montibus sunt: saxisq; munita: in quibus sup/
posita castella ad extrema muri inferioris reperiūt fon
tium uenas ac de propugnaculis: uel turribus destinatis
protegunt telis: ut aquatoribus liber prętetur accessus.
Quod si ultra ictum teli in cliuo tamen ciuitatis subie/
cta sit uena/castellum paruum: quem burgum uocāt in
ter ciuitatem: & fontē conuenit fabricari. Ibiq; balistas
sagictariosq; constitui: ut aqua defendatur ab hostibus.
Prętera in omnibus publicis ędificiis/ multisq; priua/
tis cisternę sunt diligentissime substituendę: ut recepta/
cula aquis pluuialibus/ quę de tectis effluunt prętent.
Difficile est enim eos siti uinci: qui quis exigua aqua ad
potum tantum hac in obsidione sunt usi.

Si sal defuerit quid faciendum sit.

I maritima sit ciuitas: & sal defuerit: liquor ex
f mari sumptus per alueos: atq; patula uasa diffū
ditur: qui a calore solis duratur in salem. Quod
si hostis abundare prohibeat/ nec hoc accidit/ arenas:
quas exagitatum uentis mare superfuderat aliquando
colligunt: & dulci aqua eluunt/ quę sole exiccata nihilo
minus mutatur in salem.

Quid faciendum sit: cum primo impetu ue
nitur ad muros.

Iolenta autem impugnatio quādo castellis: uel
v ciuitatibus prępar atur/ mutuo utriusq; pericu/
lo: sed maiore oppugnantium sanguine exercē
tur luctuosa certamina. Illi enim qui muros inuadere cu
piunt terrifico apparatu expositis copiis in spe deditio
nis formidinem geminant/ tubarum strepitu: hōimq;
permixto. Tunc/ quia timor magis frangit insuetos/ pri
mo impetu stupentibus oppidanis/ si discriminum ex/
perimenta nō norunt dum admotis scalis inuaditur ci/
uitas resistere debent tota uirtute. Quod si a fidentibus/
siue militaribus uiris repellatur prima congressio statim
clausis crescit audacia: & iam non terrore: sed uiribus et
arte confligitur.

Enumeratio machinarum: qui/
bus muri oppugnantur.

Dmouentur etiam Testudines. Arietes. Falces.
a Vineę. Plutei. Musculi. Turres. de quibus singu
lis qualiter fabricentur: quo pacto etiam pręli/
entur: uel repellantur edisseram.

De Ariete. Falce. Testudine.

E materia: ac tabulatis testudo contexitur: quę
d ne exuratur incendio/ coriis: uel ciliciis: cento/
nibusq; uestitur. Hęc intrinsecus accipit Tra/
bez: quę aduncō pręfigitur ferro. quod falx uocatur ab
eo: q incurua est/ & de muro extrahat lapides. aut certe
caput ipsius uestitur ferro. & appellatur aries/ uel q ba/
bet durissimam frontem: quę subruat muros/ uel q mo
re arietum retrocedat: ut cum impetu uehementius feri
at. Testudo autem ad similitudinem ucre testudinis uo
cabulum sumpsit: quia sicut illa modo reducit: modo
profert caput: ita machinamentum interdum reducit tra
bem: interdum exerit: ut fortius cedat.

De Vineis.

Ineas dixerunt ueteres: quas nunc militari: bar/
v baricoq; usu cattos uocant. de lignis leuioribus
machina colligatur/ lata pedibus octo/ alta pe/
dibus septem. longa pedibus sexdecim. Huius tectum
munitione duplici tabulatis: cratibusq; contexitur. Late
ra quoq; uimine sepiuntur: ne saxorum: telorumq; im/
petu penetrentur. Extrinsecus autem: ne immisso cōcre
mentur incendio/ crudis: ac recentibus coriis: ac cento/
nibus operitur. Istę cum plures facte fuerint/ iunguntur

in ordinem: sub quibus subsidentes tuti ad subruenda murorum penetrent fundamenta.

De Pluteis.

Lutei dicuntur: qui ad similitudinem cassidis
p contexuntur e uimine: & cilitiis uel coriis pro/
teguntur: ternisq; rotulis: quarum una in medio
duę in capitibus opponuntur. In quancūq; partem on
ueris admouentur more carpenti: quos oblidentes ap
plicant muris. Eorumq; munitione protecti/sagictis si/
ue fundis: uel missilibus defensores omnes de propug/
naculis ciuitatis exturbant: ut scalis ascendendi facilior
pręstetur occasio.

De Aggere.

a Gger autem ex terra / ligniq; extollitur contra
murum: de quo tela iactantur.

De musculis.

Vsculos dicūt minores machinas: quibus pro/
m tecti bellatores funda tum auferunt ciuitati fos/
satum. etiam apportatis lapidibus/lignis ac ter/
ra non solum complent: sed etiam solidant: ut turres am
bulatorię sine impedimento iungantur ad murum. Vo
cantur autem a marinis beluis musculi. Nam quemad/
modum illi cum minores sint/tamen balenis auxilium
adminiculumq; iugiter exhibent. Ita istę machinę bre/
uiores/uel deputate turribus magnis aduentu illarū pa/
rant uiam. Itineraq; pręmuniunt.

De turribus ambulatoriis.

Vrres dicūtur machinamenta ad ędificiorum
t speciem/trabibus: tabulatisq; compacta. Et ne
tantum opus hostili concremetur incendio/di
ligentissime ex crudis coriis/uel centonibus communi
tur: quibus pro modo latitudinis additur altitudo. Nam
interdum tricenos pedes per quadrum. Interdum qua/
drigenos uel quinquagenos late sunt. Procerítas aūt ip̄a
rum tanta sit: ut non solum muros: sed etiam turres lapi
deas altitudine superent. His plures rote mechanica ar/
te subduntur: quaꝝ lapsu uolubili magnitudo tam alta
moueatur. Pręsens aūt periculum ciuitatis est: si ad mu/
ruꝫ fuerit turris admota. Plures. n. accipit scalas: & diuer
so genere conatur irrumpere. Nam inferioribus habet
arietem: cuius impetu destruit muros. Circa mediā ue/
ro partem accipit pontem factum de duabus trabibus
septūq; de uimine: quem subito ꝑplatum inter turrem:
murūq; constituunt. Et per eum egredientes de machi
na bellatores in ciuitatem transeunt: & occupant muros
In superioribus aūt turris illius partibus contati: & sagi/
ctarii collocantur: qui defensores urbis ex alto contis/sa
xis: missilibusq; ꝑsternant: quo facto ciuitas capitur si/
ne mora. Quid. n. auxilii superest: cum hi: qui de muroꝝ
altitudine sperabant repente supra se aspiciant altiorem
hostium murum.

Quemadmodū ambulatoria turris possit incēdi.

Vic tam manifesto discrimini multis occurri/
b tur modis. Primum si cōfidentia uel uirtus est
militaris eruptione facta globus egreditur ar/
matorum. & ui hostibus pulsis machinamentum illud
ingens direptis coriis ignis exurit. Quod si oppidani
exire non audeant/maiores balistas/malleos uel falari/
cas cum incendio destinant: ut perruptis coriis: uel cen/
tonibus intrinsecus flamma condatur. Malleoli/uelut
sagicte sunt: & ubi adheserint: quia ardentes ueniūt/uni
uersa conflagrant. Phalarica aūt ad modum hastę uali
do pręfigitur ferro. Intra tubum etiam hastile/Sulphu/
re / Resina / Bitumine / Stuppisq; conuoluitur / infuso
oleo: quod incendiarium uocant. Quę balistę impe/
tu destinata / prerupto munimine ardens figitur ligno

turritamq; machinã frequenter incẽdit. Depositi quoq; homines funibus/cum hostes dormiũt/in laternis portant lucernas. & incensis machinis rursus leuantur in murum.

Quemadmodum altitudo murís addatur.

Reterea partem muri:ad quem machina conatur ascendere cemẽto:atq; lapidibus:uel luto: siue lateribus:postremo tabulatis extruendo faciunt altiorem:ne defensores moeniũ desuper urbi uentura possit opprimere. Constat autem inefficax machinamentum reddi:si inueniatur inferius. Verum obsidentes huiusmodi dolum adhibere consueuerunt. Primo talem extruunt turrem:quę propugnaculis ciuitatis uideatur inferior. Deinde secreto aliam de tabulatis intrinsecus turriculam faciunt. Et cum muris fuerit machina sociata:subito funibus:trochleisq; de media turricula illa producitur:de qua egredientes armati:quia altior inuenitur statim capiunt ciuitatem.

Quo pacto fodiatur terra:ut machina nihil possit nocere.

Nterdum longissimas: ferrataſq; trabes opponunt machine uenienti. Eamq; a muri uicinitate propellunt. Sed cum Rhodiorum ciuitas oppugnaretur ab hostibus:et turris ambulatoria supra murorum altitudinem:ac turrium omnium pararetur/mechanico ingenio inuentum est tale remedium. Per noctem sub fundamento muri cuniculum fodit. & illum locum ad quem die postero turris fuerat promouenda nullo hostium sentiente egesta terra cauauit intrinsecus Et cum rotis suis moles fuisset impulsa atq; ad locum: qui subtus cauatus fuerat peruenisset/tanto pondere solo cedente subsedit:ut nec iungi muris:aut moueri ulterius potuit/ita ciuitas liberata est:& machina derelicta.

De scalis. sambuca. exostra. telenone.

Dmotis scalis turribus/funditores lapidibus/sagictarii iaculis: manubalistarii: uel arcubalistarii sagictis:laculatores plumbatis:ac missilibus e muris summouent homines. Hoc facto scalis appositis occupãt ciuitatem. Sed qui scalis nituntur/ frequenter periculum sustinẽt/exemplo capanei:a quo primũ oppugnatio scalarum perhibetur inuenta:q; tanta ui occisus est a thebanis: ut extinctus fulmine diceretur. Et ideo sambuca exostra & telenone obsidentes in murũ hostium penetrent. Sambuca dicitur ad similitudinem cythareq. Nam quemadmodum in cythara corde sunt: ita in trabem:que iuxta turrem ponitur/funes sunt:qui pontem de superiori parte trocleis laxant:ut descendat ad murum. statimq; de turre exeunt bellatores. & per eam transeuntes moenia urbis inuadunt. Exostra dicitur pons:quem supius exposuimus:qui de turre in murum repente perducitur. Telenon dicitur:quotiens una trabs in terram prealte defigitur:cui in summo uertice alia transuersa trabs longior dimensa medietate connectitur eo libramento:ut si unum caput depresseris:aliud erigatur. In uno quoq; capite cratibus:siue tabulatis contexitur machina:in qua pauci collocantur armati. tunc per funes uno attracto:depressoq; alio capite eleuati imponuntur in murum.

De balistis. onagris. scorpionibus. arcubalistis. fustibalis. fundis. per quę tormẽta defenditur murus.

Duersum hęc obsessos defendere consueuerũt balistę. onagri. scorpiones. arcubaliste. fustibali sagictarii fundę. Balista funib9/neruis:chordisq; tenditur:qnę q̃ prolixiora brachiola habuerit: hoc est q̃to maior fuerit:tanto spicula longius emittit. Quę

si iuxta artem mechanicam temperetur/& ab exercita/
tis hominibus:qui mensuram eius ante collegerint/di/
rigatur/penetra/quodcunq; percusserit·Onager autem
dirigit lapides:sed pro neruorum crassitudine:& magni
tudine laxorum pondera iaculatur·Nam q̃to maior fu
erit:tanto maiora saxa/fulminis more contorquet·His
duobus generibus nulla tormentoꝝ species uehemen/
tior inuenitur·Scorpiones dicebant: quas nunc manu/
balistas uocãt/ideo sic uocati/q̃ puis: subtilibusq; spicu
lis inferant mortem·Fustibalos·Arcubalistas·&Fundas
describere superfluum puto:quę presens usus agnoscit
Saxis tamen grauioribus per onagrum destinatis non
solum equi eliduntur: & homines: sed etiam bestium
machinamenta franguntur·

Aduersum arietem remedia·

a Duersum arietes etiam/ uel falces sunt plura re
media·aliq̃ti/ centones & culcitras funibus cal
cant:& illis opponunt locis:quę cedit aries: ut
impetus machinę materia molliore fractus non destru
at murum·A ii laqueis captos arietes per multitudineꝫ
hominum de muro in obliquum trahunt/& cum ipsis
testudinibus euertunt·Plures in modum forficis denta
tum funibus alligant ferrum: quod lupum uocant· ap/
prębensumq; arietem aut euertunt:aut ita suspendunt:
ut impetum non habeat feriendi·Interdum bases colũ/
nę marmoreę uibrato impetu iaciuntur e muris:arietes
q; confringnnt·Quod si tanta uis fuerit:ut murus arieti
bus perforetur·&/quod sępe accidit:decidat salutis una
spes supest ut destructis domibus alius intrinsecus mu
rus addatur·Hostesq; inter binos parietes / si penetrare
tentauerint/perimantur·

De cuniculo:per quem murus defoditur:aut
ciuitas penetratur·

Liud genus oppugnationis est subterraneum:
a atq; secretum:quod cuniculum uocant a lepori
bus: qui cauernas sub terra fodiunt:ubiq; con/
duntur·Adhibita igitur multitudine/ad spem metallo/
rum:in quibus auri: argentiq; uenas bessorum rimatur
iudustria/magno labore terra defoditur·Cauatoq; spe/
cu in exitiuꝫ ciuitatis inferna quęritur uia:quę fraus du
plicibus operatur insidiis·Aut enim penetrant urbem/
& noctu non sentientibus oppidanis egrediuntur per
cuniculum·reseratisq; portis suorum agmen inducunt
Hostesq; in ipsis domibus perimũt ignorantes·Aut cer
te cum ad murorum fundamenta peruenerint:suffodi/
unt eorum maximam partem·Appositis siccioribus li
gnis ruinamq; muri tumultuato opere suspendnnt· Sar
menta insuper iungunt:aliaq; fomenta flãmarum/ tunc
prępartis bellatoribus subter ignis immittitur·Combu
stilisq; columnis ligneis:atq; tabulatis muro subito corru
ente aditus referatur·

Quid facere debeant oppidani si hostis ir/
ruperit ciuitatem·

Nnumerabilibus declaratur exemplis sępe cę/
i sos ad intentiõem hostes:qui inualerant ciuita
tes:quod sine dubio euenit: si oppidani muros
ac turres obtinuerint:uel altiora occupauerint loca·Tũc
n· de feuestris:ac muris omnis ętas: ac sexus irrũpen/
tes obrrunt saxis:aliisq; generibus teloꝝ: quod ne susti/
neant obsidentes/ portas ciuitatis aperire consueuerũt:
ut resistere desinant fugiendi ptãte concessa· Necessita/
tis·n·quędam uirtus est desperatio in hoc casu· Vnum
oppidanis auxilium est siue per diem : siue per noctem
hostis intrauerit:ut muros:turresq; teneant·ac loca supe
riora conscendant·Hostesq; per uicos/& plateas undiq;
obruant dimicantes·

Quę ſit adhibenda cautela:ne ho
ſtes furtim occupent murum.

f Requenter dolum excogitant obſidentes.ac ſi/
mulata deſperatione longius abeunt. Sed ubi
poſt metum murorum uigiliis derelictis requi
euerit incauta ſecuritas:tenebrarum.ac noctis occaſione
captata cum ſcalis clanculum ueniunt.muroſq; cõſcen/
dunt:propter quod maior eſt adhibenda cuſtodia/ cuz
hoſtis abiceſſerit.et in ipſis muris/ac turribns tuguriola
locanda:in qbus uigiles hybernis mẽſibus ab hymbri/
bꝰ:uel frigore/ęſtiuis defendant a ſole.Illud quoq; uſus
inuenit:ut acerrimos ac ſagaciſſimos canes in turribus
nutriãt:quí aduentũ hoſtiũ odore p̃ſentiant.latratuq; te
ſtent. Anſeres quoq; non minore ſolertia nocturnos ſup
uentus clamoribus indicant. Nam ingreſſi capitolinaz
arcem galli Romanum nomen eruerant: niſi clamore
anſerum excitatus manlius reſtitiſſet.Mira diligentia ſi
ue fortuna.uiros:qui uniuerſum orbem erant ſub iugũ
miſſuri auis una ſeruauit.

Quomodo oppidanis inferantur inſidię.

n On ſolum in obſidionibus:ſed in uniuerſo ge/
nere bellorum ſupra omnia dicitur hoſtiũ con
ſuetudinem explora diligẽter:ac noſce. Oppor
tunitas enim inſidiarum aliter non poteſt inueniri:ni
ſi ſcias quibus horis aduerſarius a laboris intentione di
ſcedat:quibus reddatur incautior.Interdum media die.
Interdum ad ueſperum.Sępe nocte.aliunde eo tempo/
re:quo ſumitur cibus:cum utriuſq; partis milites ad re/
quiem/aut curanda corpora diſperguntur.Quod in ci/
ritate cum coeperit fieri/ obſidentes aſtu ſe a prędio ſub
trabunt: ut aduerſariorum negligentię ſibi licentiam tri
buant: quę impunitate concreuerit / repente admotis
Machinis: uel appoſitis ſcalis occupant Ciuitatem.

Et ideo in muris ſaxa.aliaq; tormenta ponũtur in prom
ptu/ut cognitis inſidiis occurrentes ad manus habeant/
quod ſupra capita hoſtium euoluant:atq; iaculentur.

Quid faciant obſidentes:ne ab oppidanis pa
tiantur inſidias.

c Vm negligẽtia interuenerit paribus inſidiis ſub
iacent obſidentes. Nam ſiue cibo: ſiue ſomno
fuerint occupati:ſiue ocio:aut aliqua neceſſita/
te diſperſi:tunc oppidani reponte prorumpunt. Ignoran
tes perimunt.arietes.machinas:ipſoſq; aggeres ignibus
concremant.omniaq; in cinerem ſua fabricata opa ſub
uertunt:propter quod obſidentes ultra iactũ teli foſſam
faciunt.eamq; non ſolum uallo/& ſudibus:ſed etiaz tur/
riculis inſtruunt:ut erumpentibus e ciuitate poſſint ob/
ſiſtere:quod opus loriculam uocant. Et ſępe cum obſi/
dio deſcribitur/inuenitur in hiſtoriis loricula urbem eſ
ſe circumdatam.

Quo genere tormentorum ciui/
tas defendatur.

f Ed ex alto deſtinata miſſilia/ſiue plumbate:uel
lanceę/ueruta:uel ſpicula in ſubiectos uehemẽ
tius cadunt. Sagicte quoq; arcubus miſſe/& ſa/
xa manibus/fundis/ſiue fuſtibalis directa/q̃to de excel
ſiori loco exeunt:tanto longius penetrant. Baliſtę uero/
& onagri ſi a peritis diligentiſſime temperentur/uniuer
ſa prędicunt:a qbus nec uirtus ulla:nec munimina poſ
ſunt defendere bellatores. Nam more fulminis quicqd
percuſſerint/aut diſſoluerc:aut irrumpere cõſueuerunt.

Quemadmodum menſura colligatur ad ſca
las uel machinas faciendas.

Dcapiendos muros ſcalę: uel machinę pluri/
a mum ualent:ſi ea magnitudine compactę fue/
rint:ut altitudinem exuperent ciuitatis.Menſu/
ra autem colligitur duplici modo. Aut enim linum te/
nue:& expeditus uno capite nectitur in ſagicta:quę cū
ad muri faſtigia directa peruenerit ex menſura lini mu
rorum altitudo deprehenditur. Aut certe cum ſol obli/
quus umbram turrium murorumq; iaculatur in terras
tunc ignorantibus aduerſariis umbrę illius ſpaciū men
ſuratur. Itemq; decempeda figitur.et umbra ipſius ſimi
liter menſuratur. Quo collecto numero nemo dubitat
ex umbra decempede inueniri altitudinem ciuitatis/cū
ſciatur q̄ta altitudo quātum umbrę emittat in longum.
Quę ad oppugnandas:uel defendendas urbes auctores
bellicarum artium prodiderūt/uel quę recentior neceſ/
ſitatum uſus inuenit/pro publica/ut arbitror utilitate di/
geſſi.illud iterum commonens:ut ſolertiſſime caueatur
ne quando aut potus inopia emergat:aut cibi: quibus
malis nulla arte ſuccurritur.Ideoq; intra muros tāto plu
ra condenda ſunt:quanto ſcitur clauſurę tempus in ob/
ſidentium poteſtate conſiſtere.

Pręcępta belli naualis.

Ręcępto maieſtatis tuę Imperator inuicte/ter/
p reſtris pręlii rationibus abſolutis. Naualis belli
reſidua: ut opinor eſt portio:de cuius artibus
ideo pauciora dicenda ſunt/quia iam dudum pacato
mari cum barbaris nationibus agitur terreſtre certamē
Romanus autem populus pro decore/& pro utilitate
magnitudinis ſuę/non propter neceſſitatem tumultus
alicuius claſſem parabat ex tempore. Sed ne quādo ne
ceſſitatem ſuſtineret.ſemper habuit prępparatas. Nemo
enim bello laceſſere:aut facere audet iniuriam ei regno
uel populo:quem expeditum/& promptum ad reſiſtē/
dum:uindicandumq; cognuſcit. Apud miſenum igitur
& rauennam ſingulę legiones romani nominis cū claſ/
ſibus ſtabant: ne longius a tutela urbis abſcederent. Et
cum ratio poſtulaſſet ſine mora/ſiue circuitu ad omnes
mundi partes nauigio peruenirent. Nam miſenatium
claſſis galliam/biſpanias/mauritaniam.aphricam.ęgyp
tum.ſardiniam.atq; ſiciliam habebat in proximo. Claſ
ſis autem rauennatium/epyron/macedoniam/achaiam
propontidem.pontum/orientem/cyprum preter dire/
cta nauigatione conſueuerat:quia in rebus bellicis cele/
ritas amplius ſolet prodeſſe:q̄ uirtus.

Nomina iudicum:qui pręerant claſſi.

Iburnis autem:quę in campania ſtabant prępfe/
l ctus claſſis miſenatium pręperat. Eas uero: quę
Ionio mari locate fuerant.ad prępfectum claſſis
rauennatium pertinebant:ſub quibus erant deni tribuni
per cohortes ſingulas conſtituti.Singulę autem liburnę
ſingulos nauarcos.i.quaſi nauicularios habebāt: qui ex
cęptis cęteris nautarum officiis gubernatoribus:atq; re
migibus/& militibus exercendis quotidianam curam/
& iugem exhibebant induſtriam.

Vnde appellentur liburne.

Iuerſę autem prouincie mari plurimum potue
d runt quibuſdā temporibus. & ideo diuerſa eis
genera nauium fuerunt. Sed auguſto dimican/
te actiaco bello/cum liburnorum auxilio prępcipue uic/
tus fuiſſet antonius/experimento tanti certaminis patu/
it liburnorum naues cęteris aptiores. Ergo ſimilitudine
& nomine uſurpato earundem inſtar claſſem Romani
principes texuerunt. Liburnia nanq; Dalmatię pars eſt

andecrinę ſubiacens ciuitati: cuius exemplo nunc naues bellicę fabricantur. & appellantur liburnę.

Qua diligentia fabricentur liburnę.

Sed cum in domibus ſtruendis arenę: uel lapidum qualitas requiratur/ tanto magis in fabricandis nauibus diligenter cuncta quęrēda ſunt quanto maius periculum eſt nauem uitioſam eſſe: q̄ domum. Ex cupreſſo igitur: & pino domeſtica ſine ſilueſtri larice & abiete precipue liburna contexitur. Vtilius clauis ereis: q̄ ferreis configenda ſunt: quę licet grauior aliquanto uidetur expenſa: tamen quia amplius durat/ lucrum probatur afferre. Nam ferreos clauos tempore & humore celeriter rubigo conſumit. Erei autem etiam fluctibus propriam ſubſtantiam ſeruant.

Qua obſeruatiōe ſit cedenda materies.

Obſeruandum precipue: ut a quintadecima uſq; ad uigeſimam tertiam lunam arbores precidantur: ex quibus liburnę contexendę ſunt. His non tantum octo diebus cęſa materies immunis conſeruatur a carie. Reliquis autem diebus preciſa/ & eodem anno in terna uermium labe exeſa in puluerem uertitur: quod ars ipſa: & omniū architectorū quotidianus uſus edocuit & contemplatōe ipſius religionis agnoſcimus: quā pro ęternitate bis tm̄ diebus placuit celebrari.

Quo menſe cedendę ſunt trabes.

Edunt aūt trabes utiliter poſt ſolſtitiū ęſtiuū. i. p menſes iuliū/ auguſtū/ & p autumnale equinoctiū uſq; ad Kal. Ianuarias. His nāq; menſib9 arescente humore ſicciora/ & ideo fortiora ſunt ligna. Illud aūt cauendū ne cōtinuo/ ut deiecte fuerint trabes ſecent uel ſtatim/ ut ſecte fuerint/ mittantur in nauem. Siquidē adhuc ſolide arbores etiam diuiſę per tabulas duplices ad maiorem ſiccitatem mereantur inducias. Nam/ quę uirides companguntur/ cum natiuum humorem exuda uerint/ contrahuntur & rimas faciunt latiores: quo nihil periculoſius eſt nauigantibus.

De titulo Liburnarum.

Quod ad magnitudinem ptinet minimę Liburnę remorū habent ſingulos ordines paulo maiores binos idoneę menſurę ternos/ uel quaternos. Interdum qui nos ſortiuntur remigum gradus. nec hoc cuiq̄ enorme uideatur: cum in actiaco bello longe maiora referantur concurriſſe nauigia: ut ſenorum etiam uel ultra ordinum fuerint. Scaphe tamen maioribus liburnis exploratorie ſociantur: quę denos prope remiges in ſingulis partibus habeant: quas britāni pictas uocant per has & ſuperuentus fieri. & cōmeatus aduerſariorum nauium aliunde intercipi aſſolet/ & ſpeculandi ſtudio aduentus earum: uel conſilium deprehendi. Ne tamen exploratorie naues candore prodantur colore ueneto: qui marinus eſt fluctibus ſimilis uela tinguntur/ et funes cera qua ungere ſolēt naues cōficitur. Nautę quoq;/ uel milites uenetam ueſtem induunt: ut non ſolum per noctem: ſed etiam per diem facilius lateant explorantes.

Nomina Ventorum.

Vicūq; exercitū armatis claſſibus uehūt/ turbinum ſigna debent ante prenoſcere. Procellis nanq;: et fluctibus liburnę grauius ſępe/ q̄ui hoſtium perierunt. In qua parte naturalis philoſophię tota eſt adhibenda ſolertia: qua uentorum: tempeſtatumq; coeleſti ratione natura colligitur. Et pro acerbitate pelagi ſicut cautos & prouidos cautela tutatur: ita negligen/

tes extinguit in curia. Igitur uentorum numerum: atq; uocabula ars nauigandi primum debet inspicere. Veteres autem iuxta positionem cardinum tantum quatuor uentos principales a singulis coeli partibus flare credebant. Sed experimento posterior ętas duodecim comprehendit. Horum uocabula ad summouendam dubitationem non solum greca: sed etiam latina protulimus ita ut ventis principalibus declaratis eos: qui ipsis dextra: leuaq; coniuncti sunt indicemus. Vernotaq; solstitio id est ab orientali cardine sumimus exordiū/exquo uentus oritur apeliotes. i. subsolanus. Huic a dextra iungitur circius: siue chorus. A sinistra eurus: siue uulturnus. Meridianum aūt cardinem possidet notus id est auster huic a dextra iungitur leuconotus. a sinistra libonatus. Occidentalem uero cardinem tenet zephyrus. huic a dextra iungitur lips: siue africus. a sinistra iapix/ siue favonius. Septentrionalem uero cardinē sortitus est aparctias siue septentrio: cui adberet traslas: siue cracias. A sinistra borcas. i. aquilo. Hi sępe singuli: Interdum duo. Magnis aūt tēpestatibus etiā tres pariter flare cōsueuerunt. Horum impetu maria/ quę sua sponte tranquilla sunt/& quieta undis estuantibus sęuiunt. Horum flatu pro natura temporum/uel locorum ex procellis serenitas redditur. & rursus in procellas serena mutātur. Nam secundo spiramine optatos classis inuenit portus/aduerso stare: uel regredi: aut discrimen sustinere compellitur & ideo difficile naufragium pertulit: qui uentorum rationem diligenter inspexit.

Quibus mensibus tutius nauigetur.

Equitur mensium dierumq; tractatus. Neq; n. integro anno uis/ atq; acerbitas maris patitur nauigantes. Sed quidam menses aptissimi quidam dubii. Reliqui classibus intractabiles sunt lege na/

turę ꝑbantis de cursu id est post ortum pliadum a die. vi. Kal'. Iunii usq; in arcturi ortum. i. in diem. xiii. Kal'. octobris securа nauigatio creditur: quia ęstatis beneficio uentorum acerbitas mitigatur. Post hoc tempus usq; in tertium idus nouembris incerta nauigatio est/& discrimini propior. Propterea quia post septembris idus oritur arcturus uehementissimum sidus. Octauo Kal'. octobris ęquinoctialis cuenit acerba tempestas. Circa nonas uero octobris hędi pluuiales. quinto idus eiusdem taurus. A nouembris aūt mense crebris tempestatibus navigia conturbat uirgiliarum hyemalis occasus. Ex die igitur tertio iduum nouembris usq; in diem sextū idum martis/maria clauduntur. Nam lux minima: noxq; prolixa/nubium densitas aeris obscuritas. Ventorum hymbrium uel niuium geminata sęuitia non solū classes a pelago: sed etiam comcantes a terrestri itinere deturbat. Post natale uero ut ita dicam/ qui solenni certamine publicoq; spectaculo multarum gentium celebratur plurimorum siderum: ipsiusq; temporis ratiōe usq; in idus maias periculose maria tentantur non ꝙ negotiatorum cesset industria: sed quia maior adbibenda est cautela: quando exercitus nauigat cum liburnis: q̄ cum priuatorum mercium festinat audacia.

Quemadmodum tempestatum
obseruanda sunt signa.

Ręterea aliorum ortus: occasusq; siderum
p tempestates uehementissimas commouent
in quibuslicet certi dies auctorom attestati/
one signentur: tamen quia diuersis casibus
aliqñ mntantur: & quod confitendū est celestes cās bumana condicio ad plenū nosse ꝓbibetur. Ideo nauticę

obſeruationis curam trifariam diuidunt. Aut enim cir/
ca diem ſtatutum: aut ante uel poſtea tempeſtates fieri
compertum eſt. Vnde prȩcedentes progymnazon: na/
ſcentes die ſolenni gymnazon ſubſequentes Meta/
gymazon gręco uocabulo nuncuparunt. Sed omnia
numerare nominatim aut ineptum uidetur: aut longum
cum auctores plurimi non ſolum menſium: ſed etiam
dierum rationem diligenter expreſſerint. Tranſituſq; ſi
derum: quos planetas uocant cum prȩſcripto curſu di/
ei arbitrio creatoris ſuſcipiūt ſigna: uel deſerunt/ frequē
ter aſſolent ſerena turbare. Inter luniorum autem dies
tempeſtatibus plenos/ & nauigatōnibus q̄ maxime me
tuendos non ſolum peritię ratio: ſed etiam uulgi uſus in
telligit.

De pronoſticis: quibus noſcitur ſerenitas: et
turbatio aeris.

m Vltis quoq; ſignis & de tranquillo ꝓcellę/ & de
tempeſtatibus ſerena prodūtur: quę uelut in ſpe
culo lunę orbis oſtendit. Rubicundus enim co
lor uentos. Ceruleus indicat pluuias. Ex utroq; commi
xtus nubes & furentes procellas. Letus orbis ac luci/
dus ſerenitatem nauigiis repromittit: quam geſtat in
uultu. Prȩcipue ſi qurto ortu neq; obtuſis cornibus ru
tila: neq; infuſo fuerint humore fuſcata. Sol quoq; exo/
riens: uel diem condens intereſt utrū ęqualibus gaude
at radiis: an obiecta nube uarietur. Vtrum ſolido ſplen/
dore fulgidus: an uentis urgentibus igneus / neue pal/
lidus uel pluuia ſit īpendēte maculoſus. Aer uero: & ma
re ipm/ nubiūq; magnitudo/ uel ſpēs ſolicitos inſtruit
nautas. Aliq̄ta/ ab auibus. aliq̄ta ſignificantur a piſcibus:
quę Virg. in georgicis diuino pene cōprehēdit īgenio

Et Varro in libris naualibus diligenter excoluit. Hęc gu
bernatores ſeſe ſcire profitentur. Sed eatenus: quatenus
eos peritię uſus inſtruit: non altior doctrina firmauit.

De ęſtuariis hoc eſt de reumate.

e Lementū pelagi tertia pars mundi eſt: quę prę
ter uentorum flatum ſuo quoq; ſpiramine mo
tuq; uegetatur. Nam certis horis diebus pa/
riter: ac noctibus ęſtu quodam: quod reuma uocant:
ultro citroq; percurrit. & more currentium fluminum
nunc exundat in terras: nunc refluit in altitudinem ſuā.
Hęc reciprocantis meatus ambiguitas curſus nauium
ſecunda adiuuat: retardat aduerſa: quę dimicaturo ma/
gna ſunt cautione uitanda. Neq; enim auxilio remorū
reumatis impetus uincitur: cui interdum cedit & uen/
tus. Et quoniam in diuerſis regionibus diuerſo lunę cre
ſcentis: minuentiſq; ſtatu horis certis iſta uariātur. Ideo
prȩlium nauale geſturus cōſuetudinem pelagi: uel loci
ante congreſſum debet agnoſcere.

De locorum notitia: ſiue remigibus.

n Auticorum gubernatorumq; ſolertia eſt loca:
in quibus nauigatur: portuſq; cognoſcere: ut in
feſta proeminentibus: uel latentibus Scopu/
lis uadoſa: ac ſicca uitentur. Tantum enim ſecuritas ma
ior eſt: q̄tum mare altius fuerit. In nautis diligētia. In gu
bernatoribus peritia. In remigibus uirtus eligitur. Pro/
pterea quia naualis pugna tranquillo committitur mari
Liburnarumq; moles nō uentorum flatibus: ſed remo
rum pulſu aduerſarios percutit roſtris. Eorumq; rurſus
impetus uitat. in quo opere lacerti remigum & ars cla
uum regentis magiſtri uictoriam prȩſtat.

De Telis: Tormentiſq; naualibus.

m Vlta quidem armorum genera prȩlium terre/
ſtre deſiderat. Sed nauale certamen non ſolum

plures armorum ſpecies:uerum etiam machinas:& tormenta flagitat/tanquã in muris dimicetur: & turribus. Quid enim crudelius congreſſione nauali: ubi & aquis homines perimuntur & flammis . Prȩcipua ergo eſſe debet remigũ cura:ut catafracti/uel loricati/galeati etiã & ocreis munîti ſint milites. De onere nanq; armorum nemo poteſt cõqueri:qui ſtans pugnat in nauibus. Scuta quoq; ualidiora propter ictus lapidum / & ampliora ſumuntur. Propter falces:& harpagones : aliaq; naualia genera telorȝ/ſagictis/miſſilibus/fundis/fuſtibalis plumbatis/onagris/baliſtis/ſcorpionibus iacula inuicem diriguntur/& ſaxa. Et quod eſt grauius:qui de uirtute prȩſumunt/admotis liburnis/iniectis pontibus in aduerſariorum tranſeunt naues : ibiq; gladiis manu ad manum ut dicitur comminus dimicant. In maioribus etiam liburnis propugnacula : turreſq; conſtituunt : ut tanq̃ de muro:ita de excellioribus tabulatis facilius uulnerent: uel perimant inimicos. Oleo incendiario. Stuppa. Sulphure. & Bitumine obuolute/& ardentes ſagicte per baliſtas in boſticarũ nauium alueos infiguntur. Inunctaſq; cera & pice/& reſina tabulas tot fomentis ignium repẽte ſuccendunt. Alii ferro interimunt/& ſaxo. Alii arderе coguntur in fluctibus. Inter tanta tamen mortuorum genera/ qui acerrimus caſus eſt/ aſſumenda piſcibus in ſepulta ſunt corpora.

Quemadmodum nauali bello collocentur inſidiȩ.

a Dinſtar autem terreſtris prȩlii ſuperuentus fuunt ignorãtibus nautis:uel circa opportunas inſularum anguſtias collocantur inſidiȩ. Idq; agitur ut imperiti facilius deleantur. Si longo remigio fatigati ſunt boſtium nautę. Si uento urgentur aduerſo. Si pronum eſt reuma. Si nil ſuſpicantes dormiunt inimici Si ſtatio/quam tenunt/exitum non habet . Si dimicandi optata uenit occaſio fortunę beneficiis iungẽdę ſunt manus/& ex opportunitate prȩlium cõferendum. Qđ ſi cautela boſtium:euitandi inſidiis publico marte confligat:tunc liburnarum inſtruendę ſunt acies/non directe:ut in campis:ſed incuruę ad ſimilitudinem limę ita ut productis cornibus acies media ſinuetur : & ſi aduerſarii prorumpere tentauerint/ipſa ordinatione circumdati:deprimantur. In cornibus aũt prȩcipuum robur & liburnarum collocatur:& militum.

Quid fiat cum aperto marte committitur bellum.

p Rȩterea utile eſt ut alto:& libero mari tua ſemper claſſis utatur. Inimicorum uero pellatur ad littus:quia pugnandi impetum perdunt:qui deturbuntur in terras. In huiuſmodi certamine tria armorum genera plurimum ad uictoriam prodeſſe compertum eſt. Aſſeres. Falces. Bipennes. Aſſer dicitur:cũ trabs ſubtilis ac longa ad ſimilitudinem antennę pendet in malo utroq; capite ferrato. Hunc ſiue a dextra:ſiue a ſiniſtra parte aduerſariorum ſe iunxerint naues/ pro uice arietis ui impellunt:quia bellatores:ſiue nautas ſine dubio proſternit:ac perimit. Ipſamq; nauem ſȩpius perforant. Falx autem dicitur acutiſſimum ferrum curuatum ad ſimilitudinem falcis:quod contis longioribus indi/tum collatorios funes:quibus antẽna ſuſpenditur/repẽte precedit. Collapſiſq; uelis liburnam pigriorem/& inutilem reddit. Bipennis eſt ſecuris habens ex utraq; pte latiſſimũ & acutiſſimũ ferrum. Per has in medio ardore pugnandi pitiſſimi nautę/ uel milites cũ minoribus ſcaphulis ſecreto incidunt funes/ quibus aduerſariorȝ ligata ſunt gubernacula . Quo facto ſtatim capitur tanq̃ inermis & debilis nauis. Quid enim ſalutis ſuper eſt ei

qui amiserit clauum. De lusoriis quis in danubio quotidianis utūtur excubiis reticendum puto: quia artis amplius in his frequentior usus inuenit: quam uetus doctrina monstrauerit.

FINIS.

Impressum Romę per Venerabilem uirum Magistrū Eucharium Silber alias Franck. Anno domini millesimoquadringentesimo octogesimoseptimo. Die uero quarto Kal. Februarii.

Registrum.

Primum uacat
Ad portandum.

Pondus quoq;
Sit fossa.

Sisset auctoritate
Is sagictis.

Dicerant
tur de.

Is: &
Fortitudo.

Daciam
Gerit: uel totus.

Vitas resistere
De scalis
Et ideo.

Locus in quinta carta: sic emendetur: Ad Gyneceam deleaturq; genera mulierum. In exempli enim ordine corruptū: sed in margine emendatū librarius prętermisit.

Sexti Iulii Frontini Viri Consularis Strategematicon liber primus.

Vm ad astruendam rei Militaris sci/entiam/unus ex numero studiosorum eius accesserim: eiq; destinationi q̄tum cura nostra ualuit satisfeciſſe uisus sim deberi. adhuc instituté arbitror opere ut solertia ducū: facta quę a grę̄cis una Strategematicon appellationę comprehensa sunt/expeditis amplectar commentariis. Ita enim consilii quoq; & prouidentię exemplis succincti duces erunt. Vnde il/lis excogitandi gerendiq; similia facultas nutriatur. Prę̄terea continget ne de euentu trepidet inuentionis sue: qui probatis eam experimentis comparabit. Illud neq; ignoro neq; inficior etiam rerum gestarum scriptores in dagine operis sui hanc quoq; partem esse complexos & ab autoribus exemplorum quicquid insigne aliquo modo fuit traditum. Sed ut opinor occupatis/uelocita/te consuli debet. Longum enim est/singula & sparsa per immensum corpus historiarum prosequi. Et hi qui notabilia excerpserunt/ipso uelut acerno rerum confude/runt legentem. Nostra sedulitas impendet operam/ut quemadmodum res poscet ipsum quod exigitur quasi ad interrogatum exhibeatur. Circumspectis enim generibus prę̄parauí oportuna exemplorum ueluti consilia quo magis autem discreta a rerum collocarę̄tur uarietate/apte in tres libros ea diducimus. In primo erunt exempla quę competant prę̄lio nondum comminisso. In secundo quę ad prę̄lium / & confectam pactionem pertineant. Tertius inferendę̄ soluendę̄q; obsidionis habebit strategemata. Quibus deinceps generibus suas speties attribui huic labori non iniuste ueniam paciscar:

ne me pro incurioso reprehendat / qui preteritum ali/ quod a nobis repperit exemplū. Quis enim ad percen senda omnia monumēta quę utraq; lingua tradita sunt sufficiat: Vnde multa transire mihi ipse permisi: quod me non sine causa fecisse scient: qui aliorum libros ea/ dem promittentium legerint: Verum facile erit sub qua cunq; specie suggerere: Nam cum hoc opus sicut cęte/ ra usus potius aliorum q̄ mee commendationis / causa / aggressus sum adiuuari me ab his qui aliqd illi astruēt nō argui credam: siqui erunt quibus uolumina hęc cor di sint meminerint / ut parent gratiam / per quam possi/ mus similem naturā discernere. Nam tum omnia quę a duce prouide: utiliter: magnifice: constanter fiunt / & patiuntur / gratiam habebunt si in specie eoꝝ sunt / et gra tia eorum proprie uis in arte solertiaq; posita proficit tam ubi cauendus: q̄ ubi opprimendus hostis sit. Qua in re cum uerborum quoq; illustris extiterit effectus / ut factorum ita dictorum exempla posuimus.

¶ Spęcies eorum quę instruant ducem in his quę ante prelium gerenda sunt.

¶ De occultandis consiliis. Ca. i.
¶ De explorandis consiliis hostiū. Ca. ii.
¶ De cōstituendo statu belli. Ca. iii.
¶ De transducendo exercitu per loca hosti in/ festa. Ca. iiii.
¶ De euadendo ex locis difficillimis. Ca. v.
¶ De insidiis in itinere factis. Ca. vi.
¶ Quemadmodum ea quibus deficimus uidean tur non deesse / ut usus eorum expleantur. Ca. vii
¶ De distinguendis hostibus. Ca. viii.
¶ De seditione militum compescenda. Ca. viiii.
¶ Quemamodum intempestiua postulatio pugnę in/ hibeatur. Ca. x.
¶ Quemadmodum incitandus sit ad prelium exerci/ tus. Ca. xi.
¶ De dissoluendo metu / quo milites ex aduersis conci derunt omnibus. Ca. xii.

¶ De occultandis consiliis. Ca. i.

Arcus Portius Cato / deuictas a se ciuitates Hi/ m spanię / existimabat in tempore rebellaturas fi/ ducia muorum scripsit / itaq; singulis ut diru erent munimenta. minatus bellum nisi cōfestim obtem perassent: epistolasq; uniuersis ciuitatibus eodeꝫ die red di iussit: unaqueq; urbium sibi soli credidit imperatum Contumaces conspiratio potuit facere / si omnibus ideꝫ denuntiari notū fuisset: ¶ Hamilcar dux penorum ut in Siciliam inopinanter appelleret classem / non pronun tiauit quo proficisceretur sed tabellas in quibus scriptū erat quam partem uellet petere uniuersis gubernatori/ bus dedit signatas. pręcepitq; ne quis legeret / nisi ui tem pestatis a cursu prętorie nauis abductus esset. ¶ Caius Lelius ad syphacem profectus legatos quosdam ex tri/ bunis & centurionibus per speciem seruitutis ac mini/ sterii exploratores secum duxit: ex quibus. L. Statoriū quia sępius in eisdem castris fuerat quidam ex hosti/ bus uidebantur agnoscere: occultande conditionis eius causa baculo ut seruum castigauit. ¶ Tarquinus super/ bus pater principes Gabiorum interficiēdos arbitratus quia hoc nemini uolebat innotescere cōmissum nihil nuntio respondit qui ad eum a filio erat missus: tamen

uirga eminentia papauerum capita cum forte in orto ambularet decussit. nuntius sine responsione reuersus re nuntiauit adolescenti Tarquinio/ quid agẽtem patrem uidisset. ille intellexit idem esse eminentibus faciẽdum

¶Cęsar qui suspectam habebat Aegyptiorũ fidem per speciem securitatis inspectione urbis atq; operum ac si mul licentioribus cõuiuiis deditus uideri uoluit. captũ sese gratia locorum/ ut ad mores Alexandrinos uitãq; deficeret: atq; inter eam dissimulationem pręparatis sub sidiis occupauit ęgyptum. ¶Ventidius Parthico bello aduersus Pacborum regem non ignarus pharneũ quẽ/ dam natione tyriestem/ex his qui socii uidebantur om nia quę apud ipsos agerentur nuntiare parthis perfidi/ am barbari ad utilitates suas cõuertit. Nã quę maxime fieri cupiebat ea se uereri ne acciderent / quę timebat / ea ut euenirent se optare simulabat : Sollicitus itaq; ne parthi ante transirent/ Eupbratem/ q̃ sibi superuenirent legiones quas in capadotia trans Taurñ babebat: Studi ose cum proditore egit/uti solemni perfidia parthis sũa deret per zeucma traiicerent exercitum qua & breuissi mum iter est. & omisso alueo eupbrates decurrit. Nãq; si illac uenirent asseuerabat se oportunitate collium usu rum ad eludendos sagictarios: Omnia autem uereri si se in patentes campos proiecissent. Inducti bac affirmatio ne barbari inferiore itinere per circuitum adduxerunt exercitum. Dumq; fusiores ripas & ab boc oposiores pontes iungunt instrumentaq; moliuntur. xl. amplius dies impenderunt/quo spatio Ventidius ad contraben das usus est copias. Eisq; triduo anteq̃ parthus aduenĩ/ ret receptis: acie commissa uicit parthos & interfecit.

¶Mytbrydates circũuallante Pompeio fugam in pro ximã diem moliens/huius consilii obscurandi causa/la tius & usq; ad applicitos hosti ualles pabulat9 :Colloca quoq; cum pluribus auertende suspicationis causa im/ posterum constituit: Ignes autem frequentiores per tota castra fieri iussit: Secunda deinde uigilia per ipsa castra hostium agmen eduxit. ¶Imperator cęsar Domi/ cius Augustus Germanicus/ cum germanos qui in ar/ mis erant uellet opprimere/nec ignoraret maiore bellũ molitione inituros: si aduẽtum tanti ducis pręsensissent profectionem suam sensu obtexuit galliarũ. sub quibus inopinato bello affusus contusa immanium ferocia na tionum prouinciis consuluit. ¶Claudius Nero cum cuperet Hastrubalem copiasq; eius anteq̃ Hãnibali fra tri iungerentur occidere. Iccircoq; festinaret se Liuio Sa linatori college suo/cui bellum mandatum fuerat/paruz fidens uiribus quę sub ipso erant adiungere: neq; tamen discessum suum ab Hannibale cui oppositus erat senti/ ri uellet. x. milia fortissimorum militũ elegit: pręcepitq; legatis quos relinquebat / ut eedem stationes & uigilię ęquę agerentur totidem ignes arderent/ eademq; facies castrorum seruaretur: ne quid Hannibal suspicatus au/ deret aduersus paucitatem relictorum: Cum demum in umbria occultatis itineribus college se iunxisset uetuit castra ampliori ne quid signi aduentus sui poeno daret detracturo pugnam si consulum iunctas uires intellexi/ sset. Igitur inscium duplicatis aggressus copiis superauit & uelocius omni nuntio rediit ad Hannibalem. Ita ex duobus callidissimis ducibus penorum eodem con silio Alterum celauit: Alterum oppressit.

¶Themistocles exbortans suos ad suscitandos festinã ter muros quos iussu Lacędemoniorum deiecerant legatis Lacędemonem missis qui interpellarent

reſpondit uenturum ſe ad diluendam hanc exiſtimati/
matiõem/& peruenit Lacędemonem ibi ſimulato mor
bo aliquantum tempus contraxit:& poſtq̃ intellexit ſu
ſpectam eſſe tergiuerſationem ſuam contendit falſum
ad eos rumorem et rogauit ut mitterent aliquos ex prin
cipibus quibus crederent de munitione Athenarum/
ſuis deinde clam ſcripſit/ut eos qui ueniſſent retinerent
donec refectis opibus confiterentur;Lacędemoniis mu
nitas eſſe Athenas:nec aliter principes eoꝝ redire poſſe
q̃ ipſe remiſſus foret:quod facile prędiderunt Lacęde/
monii:ne unius interitu multorum mortem penſarent·
¶ Lucius Furius/exercitu producto in locum iniquum
cum conſtituiſſet occultare ſollicitudinem ſuam ne reli
qui trepidarent paulatim ſe inflectẽs tanq̃ circuitu ma/
iore boſtem aggreſſus conuerſo agmine ignarum rei
quę agebatur exercitum incolumem reduxit·¶ Metel/
lus in Hiſpania interrogatus quid poſtera die facturus
eſſet/tunicam meam ſi eloqui poſſet inquit cõburerem
¶·M·Lucinius Craſſus percontãti quo tempore motu/
rus eſſet caſtra/reſpondit/uereri ſe ne tuba id audiat·

¶De explorandis conſiliis boſtium· Ca·ii·

Cipio Africanus capta occaſione mittendę ad
ſ Sypbacem legationis cum Lelio ſeruorum ba
bitu tribunos & cẽturiones electiſſimos ire iuſ
ſit:quibus curę eſſet proſpicere regias uires/ibi cum Li/
berius caſtrorum poſitionem ſcrutarentur equum de
induſtria dimiſſum tanq̃ fugientem perſecuti/maximã
partem munimentorum circuierunt:quę cum nuntiaſ/
ſent incedio confectum eſt bellum·¶ Q·Fabius maxi/
mus bello Hetruſcõ cum ad buc incognite forent Ro/
manis ducibus ſagatiores explorãdę uię fratrem Fabi/
um Ceſonem/peritum linguę Hetruſcę/iuſſit Hetruſco
habitu penetrare Ciminiã ſiluam/intentatam ante mi/
liti noſtro:Quod is adeo prudenter atq̃ induſtrię fecit
ut tranſgreſſus ſiluam umbros camertes cum animad/
uertiſſet nõ alienas nomini Romano ad ſocietatem cõ
pulit·¶ Carthaginenſes/cum animaduertiſſent Alexan
dri ita magnas opes/ut Africę quoq̃ imꝫmineret/unum
ex ciuibus uirum acrem/nomine Hamilcharem Rho
diuum/ iuſſerunt ſimulato exilio ire ad regem: omniq̃
ſtudio in amicitiam eius peruenire:qua is potitus conſi
lia eius nota ciuibus ſuis faciebat·Idem Carthaginenſes
miſerũt qui per ſpeciem legatorum lõgo tempore Ro
mę morarentur excipentq̃ conſilia Romanoꝝ·¶ Mar
cus Cato in Hiſpaniam quia ad boſtium conſilia alia
uia non potuerat iuſſit trecentos milites ſimul impetũ
facere inſtationem boſtium raptumq̃ unum ex his in
caſtra perferre incolumem:tortuſq̃ ille omnia ſuorum
archana cõfeſſus eſt·¶ Caius Marius cõſul bello Cym
brico & theotonico ad excutiendam Gallorum & Li/
gurum fidem litteras eis miſit· Quarum pars prior prę
cipiebat ne interiores quę ſignatę erãt ante tempus cer/
tum aperirentur/ eaſq̃ poſtea ante prędictutam diem re
petiit:& quia reſeratas repererat intellexit boſtilia agita
ri·¶ Eſt & alius modus explorandi/quo ipſi duces nul
lo extrinſecus adiutorio per ſe prouident: Sicut Aemili
us Paulus conſul bello Hetruſco apud oppidum Colo/
niam dimiſſurus exercitum/in planitiem contempla/
tus procul auium multitudinem citatiori uolatu e ſilua
conſurrexiſſe / intellexit aliquid illic inſidiarum latere
quod conturbate aues & plures ſimul euolauerunt· prę
miſſis igitur exploratoribus comperit ·x· milia boio/
rum excipiendo ibi Romanorum agmina in itinere/
eaq̃ alio quã expectabatur latere miſſis legionibus cir

cumfudit. ¶Similiter Thyamenus Horestis filius cum audisset iugum ab hostibus natura munitum tenere premisit sciscitaturos quid rei foret: ac referentibus eis non esse uerum quod opinaretur/ ingressus iter ubi uidet ex suspecto iugo magnam uim auium simul euolasse/ nec omnino residere arbitratus est illic latere agmen hostium: itaq; circumducto exercitu elusit insidiatores. ¶Hastrubal frater Hannibalis tunc Liuii & Neronis exercitum/ quanq; hoc illi non duplicatis castris dissimularent intellexit q; ab itinere strigosiores notabat equos & coloratiora hominum ut ex uia corpa.

¶De custodiendo statu belli. Ca. iii.

a Lexander Macedo cuj haberet uehementem exercitum semper eum statū belli elegit ut acie confligeret.

¶De eodem.

c Aesar bello ciuili cum ueteranum exercitum haberet: hostium aūt tyronem esse sciret acię semper decertare studuit. ¶Fabius Maximus aduersus Hannibalem successibus prelioru insolentem/ recedere ab ancipiti discrimine & tueri tantummodo Italiam constituit: cunctatorisq; nomen: & per hoc summi ducis meruit. ¶Byzantii aduersus philippū omni preliandi discrimine uitantes omissa etiam finiū tutela/ intra munitōes oppidi se receperūt: assequutiq; sunt ut philip. obsidionalis more impatiēs recederet. ¶Hastrubal Gysconis filius secundo punico bello in Hispaniam uictum exercitum/ cum Publius Scipio instaret q urbes diuisit. Itaq; factū est ut Scipio ne oppugnatione plurium oppidorum distingueret & in Hyberna suos reduceret. ¶Themistocles aduentante Xerxe/ quia neq; prelio pedestri neq; finium tutele/ neq; obsidioni credebat sufficere Athenienses auctor fuit eis liberos & coniuges Troezenen & in alias urbes emittendi/ relictoq; oppido/ statum belli ad nauale prelium trāsferendi. Idem fecit in eadem ciuitate pericles/ aduersus lacedemonios. ¶Scipio manente in Italia Hannibale transmisso in Africam exercitu necessitatem Carthaginensibus imposuit reuocandi Hannibalem. Sicq; a domestics finibus hostile transtulit bellū. ¶Athenienses cuj Deteliam castellum iporum Lacedemonii communisent & frequentius uexarentur/ classem qua Peloponnesum infestarent miserunt consecutiq; sunt/ ut exercitus Lacedemoniorum qui detelię erant reuocaretur. ¶Imperator cęsar Domitianus Augustus/ cum germani/more suo e saltibus & obscuris latebris subinde impugnarent nostros/ tutumq; regressum in profunda siluarum haberent militibus per. c. xx. milia passuum actis non mutauit tantum statum belli: sed & subdidit ditioni sue hostes quorum refugia nudauerat.

¶De transducendo exercitu per loca hosti infesta. Ca. iiii.

a Emilius Paulus consul cum in Lucanos iuxta littus angusto itinere exercitum duceret/ & Tarentini ei classe insidiati agmen eius scorpionibus aggressi essent/ captiuis latera euntium pretexuit: quorum respectu hostes inhibuere tela. ¶Agesilaus Lacedemonius cū preda bonustus ex phrigia rediret insequerenturq; hostes/ & ad locoj oportunitatej

laceſſerent agmen eius ordinem captiuorum abutro/ q; latere exercitus ſui applicuit / quibus dum parcitur ab boſte ſpatium tranſeundi habuerunt Lacędemonii. Idem tenentibus anguſtias thebanis/ per quas trāſire habebat/flexit iter quaſi thebas contenderet/ exterritis thebanis digreſſiſq; ad tutanda menia/ repetitum iter quo/ deſtinauerat emēſus eſt/nullo obſiſtente. ¶Nicboſtratus dux etbolorum/aduerſus epirotas cum ei aditus in fines eorum anguſti fierent/per alterum locum irrumpturum ſe oſtendens omni illa ad probibēdum occurrente epirotarum multitudine reliquit ſuos paucos:qui ſpeciem remanētis exercitus prębberent & ipſe cum cętera manu/qua non expectabatur aditū intrauit. ¶Authophrates perſes cum in piſſidiam exercitum duceret/& anguſtias quaſdam piſſide occuparent / ſimulata uexatione traiiciendi inſtituit reducere:qđ cum piſſide credidiſſent/ille nocte ualidiſſimā manum ad eundem locum occupandum pręmiſit/ac poſtero die totum traiecit exercitum. ¶Philippus macedonum rex/ Gręciā petēs cum thermopylas occupatas audiret/et ad eum legati etbolorum ueniſſent acturi de pace retentis eis ipſe magis itineribus ad anguſtias pertendit ſecuriſq; cuſtodibus & legatorum reditus expectantibus inopinatus thermopylas traiecit. ¶Iphycrates dux Athenienſium aduerſus Anaxibium Lacędemoniorum in belleſpōto circa abidon cum tranſducendum exercitum haberet per loca quę ſtationibus tenebantur/alterum autem latus eius tranſitus/abſciſi mōtes pręmerent/ alterum mare ablueret/aliquandiu moratus cum incediſſet frigidior ſolito dies / & ob boc nemini ſuſpectus delegit firmiſſimos quoſq; qbus oleo ac mero calefactis prębcepit ut ipſam borā maris legerent/abruptiora tranarent:atq; ita cuſtodes anguſtiarum inopinatus oppreſſit a tergo.

¶Gneus Pompeius/cum flumen tranſire propter exercitum hoſtium oppoſitum non poſſet aſſidue producere & reducere in caſtra inſtituit. deinde in eadem pſuaſione boſte perducto/ne ullam uiam ad ꝓgreſſum Romanorum tenerent/repente impetu facto trāſitum rapuit. ¶Alexander Macedo/probibente rege Indorū porro traici exercitū per flumen bydaſpem aduerſus aquā aſſidue prębcurrere iuſſit ſuos. & ubi eo more exercitatis onis aſſequutus eſt. quia porro aduerſa ripa caueret per ſuperiorem partem ſubito tranſmiſit exercitum. Idemq; Indi fluminis trāſiectu probibebatur ab boſte diuerſis locis equites in flumine inſtituit immittere & trāſitum minari:Cumq; expectatione barbaros teneret intentos inſulam paulo remotiorem primū exiguo deinde maiore prędidio occupauit atq; inde in ulteriorem ripam tranſmiſit ad quam manū opprimendam cum uniuerſi ſe boſtes effudiſſent ipſe libero uado trāſgreſſus omnes copias coniunxit. ¶Xenophon ulteriorem ripam Armeniis tenentibus/duos iuſſit queri aditus/ & cum a citeriore repulſus eſſet tranſiit ad ſupius inde quoq; probibitus boſtiū occurſu repetiit uadum inferius: iuſſaq; ibidem militum parte ſubſiſtere/ex qua cum Armenii ad inferioris uadi tutelam rediiſſent per ſupius tranſgrederetur/armenii credentes decurſuros omnes/ decepti ſunt a remanentibus. Ii cum nullo reſiſtente uadum ſuperaſſent tranſeuntium ſuorum fuerunt propugnatores. ¶P. Claudius cōſul primo bello punico/cum a rbegio Meſſanam traiicere militem nequiret / cuſtodientibus fretum penis ſparſit rumorem quaſi bellum iniuſſu populi inceptum gerere non poſſet:claſſem in Italiam uerſus ſe agere ſimulauit. digreſſus deinde/penis qui profectioni eius habuerant fidem/ circumactas naues appulit Sicilię. ¶Lacedemonioꝝ duces cum ſyracuſas naui

gare destinassent/ & penorum dispositam penitus clas/
sem timerent/decem punicas naues quas captiuas ha/
bebāt ueluti uictrices primas iusserunt agi a latere iun/
ctis aut puppe religatis aliis qua specie deceptis penis
transierunt. ¶ Philippus cum angustias maris quę Cya
neę appellātur transnauigare propter Atheniensiū clas
sem quę oportunitatem loci custodiebat non posset
scripsit Antipatro/Thraciam rebellare pręsidiis quę ibi
reliquerat interceptis:ut sequeretur omissis omnibus:
quę epistolę/ut intercipentur ab hoste curauit. ¶ Athe/
nienses archana macedonum excepisse uisi:classem ab
duxerunt/Philippus nullo prohibente angustias freti li
berauit. Idemq; quia Cherronesum quę Atheniensium
erat occupare prohiberetur tenentibus transitum non
Bizantium tantum sed Rhodiorum quoq; & Chi/
orum nauibus / conciliauit animos eorum reddendo
naues quas ceperat quasi sequestres futuros ordinan
dę pacis inter se/atq; Bizantios qui causa belli erant tra
ctaq; per magnum tempus postulatōne cum magna in
dustria subinde aliquid in conditionibus retexeret clas
sem. per id tempus pręparauit ea quę in angustias freti
in parato hoste subito euasit. ¶ Thabias Atheniensis
cum adire portum Samiorum obstante nauale hostiū
pręsidio non posset paucas de suis nauibus pręter por/
tum missas iussit transire arbitratus qui in statione erant
persecuturos. Hisq; per hoc consiliū euocatis:nullo ob/
stāte portum cum reliqua adeptus est classe.

¶ De euadendo ex locis difficillimis. Ca. v.

Q Vintus Sertorius in Hispania/cū a tergo instan
te hoste flumen traiicere haberet/uallum in ri/
pa eius in modum cauę lunę duxit. & oneratū
materiis incendit atq; ita exclusis hostibus/ fluuium li
bere transgressus est. ¶ Similiter Pelopidas Thebanus
bello Thessalico transitum quęsiuit. nanq; castris ampli
orem locum supra ripam complexus uallum ceruolis
& alio materie genere constructum incendit:Dumq; ig
nibus summouerentur hostes/ ipse fluuium superauit.
¶ Quintus Luctatius Catulus/cum a Cymbris pulsus/
unam spem salutis haberet/si flumen liberasset/cuius ri
pam hostes tenebant in proximo monte copias osten
dit/tanq̄ castra positurus:ac pręcepit suis ne sarcinas sol
uerent/aut onera deponerent:ne quis ab ordinibus aut
signis discederet:& quo magis persuasionem hostium
confirmaret/pauca tabernacula in conspectu erigi iussit
ignesq; fieri/& quosdam uallum struere: quosdam in li
gnationem ut conspicerentur exire. Quod Cymbri ue
re agi existimantes & ipsi castris delegerunt locum di/
spersiq; in proximos agros/ad comparanda ea quę ne/
cessaria sunt mansuris/occasionem dederunt Catulo nō
solum flumen traiiciendi/sed etiam castra eorum infe/
standi. ¶ Chresus/cum halim uado transire non posset
nec nauium/aut pontis faciendi copie haberet/ fossam
superiori parte post castra deductā alueum fluminis a
tergo exercitus sui reddidit. ¶ Gneus Pompeus Brun/ Brundusium
dusii cum excedere Italia & transferre bellum proposu/
isset instante a tergo Cesare cōscensurus classem quas/
dam obstruxit uias:alias parietibus intersepsit:alias in/
tercidit fossis: easq; sudibus erectis pręclausas operuit
cratibus humo aggesta/quosdam aditus qui ad portū
ferebant trabibus transmissis/& in densum ordinē stru
ctis ingenti mole tutatus:Quibus perpetratis/ad speciē
retinendę urbis raros pro menibus sagictarios reliquit
cęteras copias sine tumultu ad naues reduxit/ nauigan/
tem eum mox sagictarii quanquam per itinera nota
digressi paruis nauigiis consecuti sunt.

¶Gn·duillius consul in portu syracusano quem temere intrauerat obiecta ad ingressum catena clausus uniuersos in puppem rettulit milites/atq; ita resupina nauigia magna remigantium ui concitauit· leuatę prorę super catenam processerunt·qua parte superata transgressi cursu milites in proras cesserūt in quas uersum pondus decursum super catenam dedit nauibus·¶Lysander lacedemonius cum in portu Atheniēsium cum tota classe obsideretur obrutus hostium nauibus ab ea parte qua faucibus angustissimis influit mare milites suos clam in littus egredi iussit/& subiectis rotis ad proximum naues portum munychię traiecit·¶Herculeius legatus sertorii cū in hispania inter duos montes abruptos longū & angustum iter ingressus paucas duceret cohortes cōperissetq; ingentem manum hostium aduenire fossam transuersam inter montes pressit:uallumq; materia exstructum incendit·atq; ita intercluso hoste cuasit·¶·C· Cesar bello ciuili cum aduersus afranium copias duceret & recipiendi se sine periculo facultatem non haberet/sicut constiterat prima & secunda acie furtim a tergo ad opus applicata·xv·pedum fossam fecit intra quā sub occasu solis/armati se milites receperunt·¶Pericles Athenensis apeloponensibus in eum locum compulsus qui undiq; abruptis cinctus/duos tantum exitus habebat/ab altera parte fossam ingentis latitudinis duxit uelut hostis excludendi causa/ab altera militē agere cepit tanq̄ per eum erupturus· Ii qui obsidebant/cum per fossam quam ipse fecerat exercitum periclis nō crederent euasurum uniuersi a limite obstiterunt·pericles pontibus quos pręparauerat fosse iniectis suos qua non resistebat emisit·¶Lysimacus ex his unꝰ in quos opes Alexandri transierunt:cum editum collē castris destinasset inprudentia tamen suorum in inferiorem deductus/uereretur ex superiore hostium incursum/triplices fossas intra uallū obiecit·deinde sublimibus fossis circa omnia tentoria ductis tota castra confudit & inter septo hostium aditu simul humo & frōdibus quas fossis superiecerat facto in superiora euasit·¶Gn·Fōteius Crassus in Hispania cum tribusmilibus hominum prędatum profectus ad Hastrubalem & ad primos tantū ordines relato consilio incipiente nocte quo tempore minime expectabatur per hostium stationes prorupit·¶Lucius Furius exercitu producto in locum iniquum cum constituisset occultare solicitudinem suam ne reli qui trepidarent paulatim inflectit iter:tanq̄ circuitu maiore hostem aggressurus:conuersoq; agmine ignarum rei quę agebatur exercitum incolumem reduxit·¶Publius Decius tribunus bello Samnitico/Cornelio cosso consule iniquis locis deprehenso ab hostibus suasit ut occupatum collem qui erat in propinquo modicā manum mitteret seq; ducem iis qui mittebantur obtulit/aduocatus in diuersum hostis dimisit consulem:Decimū autem cinxit obsiditq; illas quanq̄ angustias·noctu irruptione facta/cum frustratus esset Decimus incolumis cum militibus consuli accessit·¶Idem fecit sub Attilio calatino consule is cuius uarię traditur nomen alii laberium nonnulli Quintum plurimi Calpurniuꝫ fama uocitatum scripserunt· Hic cum dimissum exercitum in eam uallem uideret/cuius latera omnia supiora hostis insederat/depoposcit·& accepit trecentos milites quos adhortatus ut uirtute sua exercitum seruarent·in mediam uallem decurrit:& ad opprimendos eos undiq; descendit·hostis longoq; & aspero prelio petendos occasionem consuli ad extrabendum exercitum dedit·¶Lucius Minutius consul in liguria dimisso exercitu in angustias/cum iam omnibus aduersaretur claudiane Cla/

dis exemplo numidas auxiliares tam propter ipsorum
q̃ propter equorum deformitatem despiciendos iussit
ad equitare faucibus quę tenebantur. Primo intenti ho
stes ne lacesserentur stationem obieceruut de industria
Numide ad augenduꝫ sui contemptũ labi equos & per
ludibriuꝫ spectaculo esse affectauerũt ad nouitatem rei
laxatis ordinibus barbari in spectaculum usq; resoluti
sunt. Quod dum animaduerterũt numide paulatim suc
cedentes additis calcaribus per intermissas hostium sta
tiones eruperunt: quorum demum cum proximos irru
erunt agros necesse liguribus fuit auocari ad defenden
da sua/ inclusosq; Romanos emittere. ¶ Lucius sylla bel
lo sociali apud Eserniam inter angustias deprehẽsus ad
exercitum hostium cui Duilius pręerat/ colloquio peti
to de conditionibus pacis agitabat sine effectu. hostem
tamen propter indutias negligentia resolutuꝫ aduertens
nocte profectus relicto buccinatore qui uigilias ad fidẽ
remanentium diuideret / & quarta uigilia commissa
eum sequeretur/ incolumes suos cum omnibus impedi
mentis tormentisq; in tuta perduxit. ¶ Idem aduersus
Archelaum pręfectum Mythrydatis in capadocia ini/
quitate locorum/ & multitudine hostium pressus/ fecit
pacis mentionem interpositoq; tempore etiam indutia
rum & per hęc aduocata intentione aduersarium eua/
sit. ¶ Hastrubal frater Hannibalis cum saltum euadere
non posset faucibus eius obsessis egit cum. CL. Nerone
recepitq; dimissum in Hispania: excessurum cauillatos
deinde conditionibus dies aliquos extraxit quibus om
nibus immisit per angustos tramites & ob id neglectos
dimittere per partes exercitũ ipse deinde cum reliquis
expeditis facile effugit. ¶ Spartacus fossam qua erat a
Marco Crasso circundatus/ cesis captiuorum/ pecoruꝫ
quoq; corporibus noctu repleuit & supgressus est. Idem

cum in Velbio obsessus ea parte qua mõs asperrimus
erat/ ideoq; incustodit9 ex uimine siluestri cathenas cõ
seruit quibus demissus/ non solum euasit: uerum etiam
ex alio latere gladio ita terruit ut aliquot cohortes/ gladi
atoribus quatuor et septuaginta cesserint. Idem cuꝫ a Lu
cio Varino pręconsule pręclusus esset/ palis per modi/
ca interualla fixis ante portam/ erecta cadauera adorna
ta ueste atq; armis alligauit ut procul intuentibus statio
nis species esset/ ignibus per tota castra factis imagine
uaria deluso hoste copias silentio noctis eduxit. ¶ Brasi
das dux Lacędemoniorũ/ circa amphypolim ab Athe
niensiuꝫ multitudine numero impar deprehensus clau
dendum se prestitit. ut per longum corone ambitũ exte
nuaret hostilem frequentiam quaq; rarissimi obstabant
erupit. ¶ Hyphicrates in Tracia cum depresso loco ca
stra posuisset/ explorasset autem ab hoste proximum te
neri collem/ ex quo unus ad opprimendos ipsos descen
sus erat nocte paucis intra castra relictis impauit ut mul
tos ignes facerent: eductoq; exercitu & disposito circa la
tera prędicta uię passus est transire barbaros locorumq;
iniquitate in qua ipse fuerat in illos conuersa parte exer
citus terga eorum cecidit/ parte castra fecit. ¶ Darius ut
falleret Scythas discessu canes atq; asinos in castris reli/
quit/ quos cum latrantes rudentesq; hostis austiret/ re/
manere Darium credidit. Eundem errorem obiecturi
nostris ligures per diuersa loca bubalos laqueis ad arbo
res alligauerunt qui deducti frequentiore mugitu speci
em remanentium prębębat hostium. ¶ Hanno
ab hostibus clausis locum eruptioni maxime aptum
aggestis leuibus materiis incẽdit/ tuꝫ hoste ad certus ex
itus custodiendos aduocato milites per ipsam flãmam
eduxii admonitos ora scutis crura uest e contegere.

¶Hannibal ut iniquitatem locorum & inopiam instã/
te Fabio Maximo effugeret noctu boues quibus cor/
nua fasciculis alligauerat sarmentorum subiecto igne
dimisit·cumq; ipso motu adolescente flamma turbare/
tur pecus/magna discursatione montes in quos actum
erant collustrant Romani qui ad speculandum concur
rerant primo prodigium opinati sunt·Deinde cum cun
cta Fabio renuntiassent ille de insidiarum metu suos ca
stris continuit:barbari obsistente nullo profecti sunt.

¶De insidiis in itinere factis.

Ca·vi.

Vluius nobilior/cum ex samnio in lucanos ex/
f ercitum educeret & cognouisset a perfugis/ho
stes nouissimum agmen eius aggressuros fortis
simam legionem primo ire/ultimo sequi iussit impedi
menta ita facto cum pro occasione amplexi hostes di/
ripere sarcinas ceperunt: Fuluius legionem de qua su/
pradictum est:quinq; cohortes in dextram uię partem
direxit·quinq; ad sinistram atq; ita prędationi intentos
hostes explicato per utraq; latera milite clausit cecidit
q;. ¶Idem hostibus tergum eius in itinere pręmenti
bus dum flumine interueniente nō ita magno ut transi
tum prohiberet moraretur tamen rapiditate alteram
legionem in occulto citra flumen collocauit ut hostes
paucitate contempta audacius sequeretur· q; ubi factū
est legio quę ob hoc dispositā erat de insidiis hostem
aggressa uastauit·¶Hyphycrates in Traciam/cum pro
pter conditionem locorum longum agmen deduceret
& nuntiatum esset ei hostes summum id aggressuros
cohortes in utraq; latera secedere & consistere iussit,cę
teros suffugere & iter maturare transeunte autem toto
agmine lectissimos quosq; retinuit : & ita passim circa
prędam occupatos hostes iam etiam fatigatos ipse re/
quietis & ordinatis suis aggressus fudit exuitq; prędā
¶Boii in silua litana qua transiturus erat noster exerci
tus succiderant arbores ita ut ex parte exigua substenta
te,starent/donec impellerētur delituerunt·deinde ad ex
tremas ipsi ubi ingresso siluam hoste proximas ulterio/
res impulerunt eo modo in propagata pariter supra ro
manos ruina magnam manum eliserunt.

Quemadmodum ea quibus deficimus uide
antur non deesse ut usus eaȝ expleat Ca·vii.

Vcius Cecilius metellus/q̄ usus nauiū q̄bus ele
1 phantes transportaret deficiebat uinxit dolia
constrauitq; tabulamentis ac super ea positos
persiculum,fretum transmisit·¶Hannibal cum prę alti
fluminis transitum elephantes non posset pellere neq;
nauium ac materiarum quibus rates continerentur co/
piam haberet·Iussit ferocissimum elephātum sub aure
uulnerari & eum qui uulnerasset trasnato statim flumi/
ne precurrere elephantus exasperatus ad persequēdum
doloris sui autorem transnauit amnem & reliquis idȝ
audendi dedit exemplum· ¶Carthaginensium duces
instructuri classem/quia sparto deficiebāt/ crinibus ton
sarum mulierū,ad funes efficiendos usi sunt·Idem Mas
silienses & Rhodii fecerunt· ¶M·Antonius a mutina
profugus cortices pro scutis militibꝰ suis dedit·¶Spar
taco copiisq; eius scuta ex uimine fuerunt:quę coriis te
gebantur·¶Non alienus ut arbitror hic locus est refe/
rendi factum Alexandri macedonis illud nobile/qui p
deserta Africę itinera grauissima siti cum exercitu affe/
ctus·oblatam sibi a milite in galea aquam spectantibus
uniuersis effudit·utilior exemplo temperantię q̄ si com
municare uoluisset.

¶De distinguendis hostibus.

Ca·viii.

Oriolanus cum ignominiam damnatõnis ſuę
e bello ulciſceretur populatõem patritioꝝ agroꝝ
inbibuit deuſtis uaſtatiſq; plebeiorum: ut diſ/
cordiam moueret:qua conſenſus Romanoꝝ diſtingue
ret·¶Hannibal Fabium cui neq; uirtute neq; arte bel/
lādi par erat/ut infamiā diſtingueret agris eius abſtinu
it ceteros populatus cõtra ille ne ſuſpecta ciuibus fides
eſſet/magnitudine animi effecit/publicatis poſſeſſioni
bus ſuis· ¶Fabius Max·quinto conſul/cum Gallorum
unbrorum/Etruſcorum/Sannitium aduerſus populum
Romanum exercitus coiiſſent/cõtra quos & ipſe trans
apeninum munire caſtra cõniuebat · ſcripſit Fuluio &
poſtumio qui in preſidio urbi erant/ ut copias ad San/
nium moueret quibus aſſecutis ad ſua defendenda He
truſci Vmbriq; deſcenderunt relictos Sannites Galloſq;
Fabius & collega decius aggreſſi uicerunt· ¶Marcus
curius aduerſus Sabinos qui ingenti exercitu cõſcripto
relictis finibus ſuis nros occupauerant occultis itineri/
bus manum miſit quę deſolatos agros eorum uicoſq;
per diuerſa incendit · Sabini ad arcendam domeſti/
cam uaſtitatem receſſerũt·Curio contigit & uacuos pre
ſtare boſtiũ fines & exercituꝫ ſine prelio auertere ſpar/
ſumq; cedere·¶T·Didius paucitate ſuoꝝ diffidens cũ
in aduentum earum legionum quas expectabat trabe/
re bellum & occurrere eis boſtem cõperiſſet/concione
aduocata aptari iuſſit milites ad pugnã ac de induſtria
negligẽtius cuſtodiri captiuos/ex quibus pauci qui per
fugerunt nuntiauerunt ſuis pugnam imminere· At illi
ne ſuſpitione prelii deducerent uires omiſſerunt occur/
rere eis quibus inſidiabãtur legiones tutiſſime nullo ex
cipiente ad Didium puenerunt: ¶Bello punico quędã
ciuitates quę a Romanis deficere ad Penos deſtinaue/
rant/cum obſides dediſſent quos recipe anteq; deficerẽt
ſtudebant ſimulauerunt ſeditõem inter finitimos ortaꝫ
quã romanoꝝ legati dirimere deberent miſſos quę eos
uelut cõtraria pignora retinuerũt nec ante reddiderũt
q̃ ipſi recuparent ſuos·¶Legati romanoꝝ cũ miſiſſent
ad Antiochũ regẽ qui ſecũ Hãnibalem uictis iam car
thagiñ·habebat/cõſiliũq; eius aduerſus Ro· inſtruebat
crebris cũ bannibale colloqis effecerũt ut is regi fieret
ſuſpectus cui gratiſſimus alioqn erat & utilis ꝓpter ca
liditatem & peritiam bellandi· ¶Quintus metellus/ad
uerſus Iugurtam bellũ gerens miſſos ad ſe legatos eius
corrupit ut ſibi regem ꝓderent/cũ etiã alii ueniſſent ídẽ
fecit·¶Eodeꝫ cõſilio uſus eſt & aduerſus thracios· Sed
de captiuitate iugurte res paꝝ proceſſit uirum enim tra
di ſibi uolebat:plurimũ tñ conſecutus eſt: Nam cũ in/
tercepte fuiſſent epl'e eius ad regios amicos ſcripte in
omnes eos rex aĩaduertit ſpoliatuſq; cõſtitis amicos po
ſtea parare nõ potuit·¶Cęſar per exceptũ quẽdam aq̃/
torem/cum compiſſet afraniũ petreiumq; caſtra noctu
moturos/ut citra uexatõeꝫ ſuoꝝ boſtilia impediret cõ/
ſilia in initio ſtatim noctis uaſa conclamare milites &
pręter aduerſarioꝝ caſtra agi mulos cũ fremitu et ſonũ
iuſſit continuare: quos retentos uolebat arbitrari caſtra
Cęſarem mouere·¶Scipio africanus ad excipienda au
xilia cum cõmeatibus Hannibali uetitum terminũ di
miſit ipſe ſubuenturus· ¶Dyoniſius Syracuſanoꝝ tyrã
nus cũ afri ingenti multitudine tranſituri eſſent in Sicili
am ad eum oppugnandũ caſtella pluribus locis muni/
uit cuſtodibuſq; ꝑcepit ut eadem aduenienti boſti de/
derent·dimiſſiq; ſyracuſas occulte redirent afris neceſſe
capta caſtella preſidio ibi tenerent quos dyoniſius reda
ctos ad quam uoluerat/paucitateꝫ pene par numero ag
greſſus uicit:cũ ſuos cõtraxiſſet et aduerſarios ſparſiſſꝫ·

¶ Agesilaus Lacędemonius cum inferret bellum Tyssa
pherne Cariã se petere simulauit: quasi aptius locis mõ/
tosis aduersus hostem equitatu prędalentem pugnatu
rus·per hanc consilii ostensionem/aduocato in cariam
Tylapherne ipse lidiã ubi caput hostiuꝫ regni erat irru/
pit·oppressisq; qui illic agebãt pecunia regia potitus est.

¶ De seditione militum cõpescenda·Ca·viiii·

a Vlus Manlius cõsul cum comperisset q̃ coniu
rassent milites in hybernis campanię ut iugula
tis hospitibus ipsi res eorum inuaderent/rumo
rem sparsit/eodem loco hybernaturos·atq; ita coniura/
torum consilio companiam periculo liberauit & ex oc
casione nocentes puniuit. ¶ Lucius scylla cum legiones
ciuium Romanorum pernitiosa seditione furerent/con
silio restituit sanitatem efferatis. Prope enim anuntiari
iussit hostem adesse:& ad arma uocantium clamorem
tolli signa canere discussa seditio est uniuersis aduersus
hostem consentientibus. ¶ Cneus Pompeius trucidato
ab exercitu Mediolani senatu ne tumultum moueret si
solos euocasset nocentes mixtos eis qui extra delictum
erant/uenire iussit:ita & noxii minore animi metu quia
non segregati. Ideoq; non ex causa culpe uidebantur ac
cersiti comparuerunt & illi quibus integra erat conscien
tia custodiendis quoq; nocentibus accederunt/ne illoꝝ
fuga inquinarentur. ¶ Cęsar cum quędam legiones eius
seditõem mouissent adeo ut in pernitie quoq; ducis ui/
derentur consurrecturę dissimulato metu ꝓcessit ad mi
lites postulantibusq; missionem ultro minaci uultu de/
dit exauctoratos penitentia coegit satisfacere imperato
ri obsequentioresq; in reliquum operas edere.

¶ Quemadmodum intempestiua postula
tio pugnę inhibeatur. Ca·x.

q Vintus Sertorius quod experimento didicerat
imparem se uniuerso Romanoruꝫ exercitui ut
barbaros quoq; inconsulte pugnam exposcentes doce/
ret/adductis in conspectu duobus equis altero prędali/
do/altero admodum exili/duos admouit iuuenes:simi
liter affectos/robustum & gratilem:ac robustiori impe
rauit/equo exili uniuersam caudam abrumpere. Graci/
li autem ualentiorem per singula uellere/cũq; gracilis se
cisset quod impatum erat/ualidissimus cum in infirmi
equi cauda sine effectu luctaretur. Iam inquit Sertorius
Romanarum cohortiuꝫ per hoc uobis exemplũ hosten
di milites insupabiles sunt/uniuersas aggredientibus eas
dem lacerabit & carpet q̃ per partes actentauit. ¶ Idem
cum uideret suos pugnę signum inconsulte flagitantes
crederetq; rupturos impium nisi congrederentur ꝓmisit
turmę equitum ad lacessendos hostes ire:laborãtiq; sub
misit alias·& sic recepit omnes·tutisq; utrisq; & sine no/
xa ostendit quis exitus flagitatam pugnã mansisset ob
sequentissimis inde eis usus est. ¶ Agesilaus Lacędemo
nius/cum aduersus thebanos castra sup ripam posuisset
multoq; maiorem hostium manum esse intelligeret &
ideo suos arcere acupiditate decernendi uellet dixit re/
sponso dñi/se ex collibus pugnare iussum·& ita exiguo
prędidio ad ripam posito accessit in colles. Quod the/
bani pro metu interpretati/transierunt flumine & cum
facile depulissent prędidium cęteros insecuti auidius ini
quitate locorum a paucioribus uicti sunt. ¶ Scorio dux
dacoꝝ/cum sciret dissociatum armis ciuilibus populũ
Ro·neq; tñ tentandum arbitraretur·quia externo bello
posset concordia in ciues coalescere duos canes in con
spectu populariũ cõmisit bisq; acerrime inter ipsos pug
nantibus lupum oñdit / quem protinus canes omissa in
ter se ira aggressi sunt. Quo exemplo probibuit barba/
ros ab impetu Romanis pro futuro. ¶ Quemad
modũ exercitus sit incitãdus ad prędiũ. Ca·xi·

f Abius & Caius manilius consules aduersum

etruſcos propter ſeditionem detractante prelium exer/
citu/ultro ſimulauit cunctatoem: donec milites probris
hoſtium coacti/pugnā depoſcerent:iurarentq; ſe ex ea
victores redituros·¶Fuluius nobilior cuꝫ aduerſus ſan/
nitium numeroſuꝫ exercitū & ſucceſſibus tumidū par
uis copiis neceſſe hret decertare/ſimulauit unam legio
nem hoſtiū a ſe corruptam ad proditoem·imperauitq;
ad eius rei fidem tribunis/& primis ordinibus/& centu
rionibus q̄tum quiſq; pecunie aut auri argentiq; habe/
ret conferret/ut/repreſentari merces ꝓditoribus poſſet
ſe aūt iis qui attuliſſent pollicitus eſt conſumata uictoria
ampla inſup premia daturū/ quę ſua ꝓſuaſio Romanis
alacritatem attulit & fidutiā:inde ēt preclara uictoria cō
miſſo ſtatiꝫ bello pacta eſt·¶Cęſar aduerſus germanos
& Ariouiſtum pugnaturus/confuſis ſuoꝝ animisꝙ con
cōe dixit nullius ſe eo die opa niſi decimę legionis uſu
rum·Quo conſecutus eſt ut decimā tanq̄ precipue for/
titudiniſ teſtimonio cogeret et ceteros puderet/ne penes
alios gloria uirtutis eſſet·¶Q·Fabius/qui egregie ſcie/
bat & Romanos eius eſſe libertatis quę cōtumelia exa
ſperaret/& a penis nihil iuſtum aut moderatū expecta
bat/miſit legatos carthaginez de cōditōibus pacis·quas
cuꝫ illi iniquitatis inſolentię plenas retuliſſent exercitus
Romanoꝝ ad pugnandū concitatus eſt·¶Ageſilaus la
cędemonioꝝ dux cum prope ab Orcomeno ſocia ci/
uitate caſtra hret:compiſſetq; pleroſq; ex militibus prę
tioſiſſima rerum deponere intra munimenta/ precepit
oppidanis ne quis exercitum ſuum ptinens reciperetur
quo ardentius dimicaret miles qui ſciret ſibi pro omni
bus ſuis pugnandū·¶Epaminundas dux thebanoꝝ ad
uerſus lacędemonios dimicaturus/ut non ſolū uiribus
milites ſui:uerum etiam affectibus adiuuarentur pronū
tiauit in cōcione deſtinatū lacędemoniis ſi uictoria po
tirentur/omnes uirilis ſexus interficere/uxoribus aūt eo
rum & liberis in ſeruitutē adductis thebas diruere·Qua
concione concitati primo impetu thebani lacędemoni
os expugnauerunt·¶Eutidas dux lacędemonioꝝ pug/
naturus eodem die qua claſſem uicerant ſocii q̄is igna
rus acte rei/uulgauit nuntiatū ſibi uictoriā partium/quo
conſtantio res ad puguā milites hret·¶Iu'ius poſtumi/
us prelio quo cum latinis conflixit oblata ſpecie duoꝝ
in equis iuuenum animos ſuoꝝ erexit pollucem adeſſe
dicens:ac ſic prelium reſtituit·¶Archidamus lacęde/
monius aduerſus archadas bellū gerens:arma in caſtris
ſtatuit/& circa ea duci equos noctu impauit clam·Quo
rum ueſtigia mane tanq̄ caſtor & pollux perequitaſſent
oſtendens ad futuros eoſdem ipſis preliantibus ꝓſuaſit·
¶Pericles dux Athenienſium/ initurus prelium/ cum
animaduertiſſet lucum ex quo utraq; acies conſpici po
terat denſiſſime opacitatis uaſtum / alioquin & diti pa
tri ſacrum ingentis illic ſtature hominem altiſſimis co
turnis & ueſte purpurea coma uenerabilem in curru cā
didorum equorum ſublimem conſtituit : qui dato ſi/
gno pugne proueheretur :et uoce Periclem appellans
cohortaretur eum diceretq; deos Athenienſium adeſſe
quo pene primo coniectu teli hoſtes terga dederunt·
¶Lucius ſylla quo paratiorem militem ad pugnandū
hret prędici ſibi a diis futura ſimulauit·Poſtremo etiaꝫ
in conſpectu exercitus prius q̄ in aciem deſcenderet &
ſignū modice amplitudinis qō delphis ſuſtulerat ora/
bat petebatq; ut promiſſam uictoriam maturaret·¶Ca
ius marius quandā magam ex ſcythia habuit a qua ſe
dimicatiōum euentus prędiſcere ſimulabat·¶Q·Se
torius cum barbaro & rōnis indocili milite uteret cer/
uam candidā in ſignis forme per luſitaniaꝫ ducebat &

ab ea quę agenda aut uitanda essent/p̄noscere se asseue/
rabat:ut barbari ad omnia tanq̄ diuinitus imperata obe
dirent·Hoc genere strategematicon non tantū ea parte
utendum est/qua imperitos existimabimus esse/ apud
quos bis uteremur· sed multo magis ea q̄ talia erunt ex
cogitabuntur ut ab his monstrata credāt· ¶Alexander
macedo sacrificaturus inscripsit medicamento aruspi/
cis manū quam ille extis erat supositurus:litterę signifi/
cabant uictoriā Alexandro dari quas cum iecur calidū
rapuisset & a rege militi esset oīsum auxit animū tanq̄
deo spondente uictoriam· ¶Idem fecit Indas aruspex
preliuz Eumene cum gallis cōmissuro· ¶Epaminūdas
thebanus aduersus lacędemonios fiduciam suoz reli/
gione adiuuandam ratus arma quę ornamentis affixa
in templis erant nocte subtraxit psuasitq̄ militibus deos
iter suū sequi ut prędiantibus ipsis adessent·¶Agesilaus
lacędemonius cum quosdam persaz cepisset/quoz ba/
bitus multū terroris prędert quotiēs uestę tegitur/ nuda
tos militibus suis/ut alba corpa & umbratica cōtemne
ret oīdit· ¶Gelo syracusanoz tyrannus bello aduersus
penos susceptο/cū multos cepisset/infirmissimū quēq̄
prędipue ex auxilitatoribus qui nigerrimi erant/nuda/
tum in conspectu suoz produxit ut psuaderet contem/
nēdos·¶Cyrus eex psarum ut cōcitaret animos popu/
lariū tota die in excidenda quadā silua eos fatigauit·de
inde post triduū prestitit eis liberalissimas epulas: & in
terrogauit utro magis gauderent · Cumq̄ ei p̄ntia pro/
bassent/atq̄ per hoc inquit ad illa pueniendum est·Naz
liberi beatiq̄ esse nisi medos uiceritis non potestis:atq̄
ita eos ad cupiditatez prędii cōcitauit· ¶Lucius sylla qa
aduersus Archelaum pręfectū mithrydatis apud pyrea
pigrioribus ad prędium militibus utebatur / opere eos
fatigando compulit ad poscendum ultro pugnę signū·

¶Fabius maximus ueritus ne qua fiducia nauium ad
quas refugium erat minus constanter pugnaret exerci
tus/incendi eas prius q̄ iniret prędium iussit·

¶De dissoluendo metu quo milites ex
aduersis omnibus conciderunt· Ca·xii·

Cipio ex Italia & Africam transportando ex/
s ercitum cum egrediens nauem prolapsus esset
& ob hoc attonitos milites cerneret/id qđ trepi
dationem afferebat constantia & magnitudine animi
in hortationem conuertit & ludite inquit milites Afri/
cam oppressi· ¶Cęsar cum forte conscendens nauem
lapsus esset:teneo te terra mater inquit·qua interpretati/
one effecit ut repetiturus illas quibus ꝓficiscebatur ter/
ras uideretur· ¶T·Sempronius gracchus cōsul acie ad
uersus picentes directa cum subitus terremotus utraq̄
partes confudisset/exhortatione cōfirmauit suos & im/
pulit ut consternatum superstitione hostem inuaderet
adhortatoq̄ uicit·¶Sertorius/cum equitum scuta ex/
trinsecus equorumq̄ pectora cruenta subito prodigio
apparuissent uictoriam portendi interpretatus est:quo/
niam ille partes hostili solerent cruore respergi· ¶Epa
minundas Thebenus/cōtristatis militibus ꝙ ex hasta
eius ornamentum infule more dependens/uentus abla
tum in sepulchrum Lacędemonii cuiusdam depulerat:
Nolite inquit milites trepidare Lacędemoniis significa
tur interritus sepulturę enim funeribus ornantur·¶Idez
cum fax de celo nocte delapsa/eos qui aduerterunt ter/
ruisset lumen inquit hoc numina ostendunt·¶Idem in
stante aduersus Lacędemonios pugna/cū sedile in quo
resederat succubuisset/et id uulgo pro tristi excipētur si
gnificatione confusi milites interpretarentur Immo in/
quit uetamur sedere·¶Lucius Sulpitius gallus/defectū
lunę imminente/ne pro ostento exciperent milites/ prę

dixit futurum additis rationibus cauſiſq; defectionis. ¶Agathocles Syracuſanus/aduerſos Penos ſimili eiuſ/dem ſideris diminutione qua ſub die pugnę/ ut prodi/gio milites ſui conſternati erant/ratione qua id accide/rat expoſita docuit quicquid illud foret/ad rerum natu/ram/non ad ipſorum propoſitum pertinere. ¶Pericles cum in caſtra eius fulmen decidiſſet terruiſſetq; milites aduocata concione lapidibus in conſpectu omniū col liſis ignem excuſſit: ſedauit turbationem cum docuiſſet ſimiliter nubium nubium attritu excuti fulmen. ¶Ty/moibeus Athenienſis claſſe dimicaturus adxerſus cor/cyreos gubernatori ſuo / qui proficiſcenti iam claſſi ſi/gnum receptui ceperat dare/ quia ex remigibus quen/dam ſternutantem audierat/miraris inquit ex tot militi bus unum profi ixiſſe. ¶Chabris Athenienſis/claſſe di micaturus excuſſo ante nauem ipſius fulmine exterritis per tale prodigium militibus nunc inquit potiſſimum ineunda pugna eſt cum deorum maximus Iupiter ad eſſe numen ſuum claſſi noſtrę oſtendit.

¶Sexti Iulii Frontini Strategematum liber ſecundus.

Iſpoſitis primo libro exemplis inſtru/cturis ut mea refer opinio ducem / in his quę ante commiſſum pręliū agen
d da ſunt: Deinceps reddamus pertinen/tia ad ea quę in ipſo pręlio agi ſolent deinde que poſt pręlium/& eorū quę ad prelium periinent: Species ſunt.

¶De tempore ad pugnam eligendo. Ca·i·
¶De loco ad pugnam eligend. Ca·ii·
¶De acie ordinanda. Ca·iii·
¶De acie hoſtium turbanda. Ca·iiii·
¶De inſidiis. Ca·v·
¶De emittendo hoſte ne clauſus pręlium ex deſpera/tione reintegret. Ca·vi·
¶De diſſimulandis aduerſis. Ca·vii·
¶De reſtituenda per conſtantiam acie. Ca·viii·
¶Quę poſt pręlium agenda ſunt ſi res proſpere ceſſe/rint/& de confirmandis relliquiis belli. Ca·viiii·
¶Si res durius ceſſerit·de aduerſis emendandis· Ca·x·
¶De dubiorum animis in fide retinendis. Ca·xi·
¶Quę facienda ſunt pro caſtris/ ſi ſatis fidutię in pre/ſentibus copiis non habemus. Ca·xii·
¶De effugiendo. Ca·xiii·

¶De tempore ad pugnam eligendo. Ca·i·

Cipio in hiſpania/cum comperiſſet Haſtruba
s lem Penorū ducem ieiuno exercitu mane pro ceſſiſſe in aciem continuit in horam ſeptimam ſuos quibus preceperat ut quieſcerent/ & cibum cape/rent: Cumq; hoſtes inedia/ ſiti mora ſub armis fatigati repetere caſtra cepiſſent ſubito copias eduxit & com/miſſo pręlio uicit. ¶Metellus Pius in Hiſpania aduer/ſus Herculeum/cum ille in oriente portinus die/inſtru ctam aciez uallo eius admouiſſet: feruidiſſimo tūc tem pore anni in caſtra ſuos continuit in horam diei ſextaz atq; ita fatigatos eſtu/facile integris & recentibus ſuoz uicit uiribus. Idem iunctis cum Pompeio caſtris/aduer ſus ſertorium in Hiſpania cum ſępe inſtruxiſſet aciem hoſte qui imparem ſe duobus credebat pugnam detra ctante/quodā deinde tpe cum animaduertiſſet Sertoria nos depoſcentes pugnam humeroſq; exerentes / & lan ceas uibrantes: exiſtimauit ardori cedendum in tpe re/cepitq; exercitū/& Pompeio idem faciendi auctor fuit

¶Postumius consul in Sicilia/cum castra eius a Puni/
cis trium milium passuum spatio distarent/ & dictato/
res Carthaginensium quotidie ante ipsa munimenta ro
manorum dirigerent aciem exigua manu leuibus assi/
due prēliis pro uallo resistebat: Quam consuetudinem
cōtemnente iam peno/reliquis omnibus intra uallum
prēparatis ex more pristino cū paucis sustinuit in cur/
sum aduersariorum ac solito diutius detinuit. Quibus
fatigatis post sextam horam/etiam se recipientibus &
cum inedia quoq; laborarent/per recentes suos/hostem
quem prędicta profligauerant in commoda fugauit.
¶Hybicrates Athenien. qa explorauerat eodem assi
due tempore hostes cibum capere/maturius nesci suos
iussit:& eduxit in aciem aggressusq; hostem ita detinu/
it/ut ei nec confligendi nec abeundi daret facultatem.
Inclinato deinde iam die/reduxit suos/ & nihilominus
in armis retinuit/fatigati hostes non statione magis q̄
inedia. statim ad corporis curam & cibum capiendum
festinauerunt. hybicrates rursus eduxit et incomposi
hostis aggressus est castra. ¶Idem cum aduersus Lacę/
demonios pluribus diebus cōminus haberet/ & utraq;
pars certis tpibus assidue pabulatum lignatumq; proce
deret/quodam die militum habitu seruos lixasq; dimi
sit ad munera milites retinuit & cum hostes dispersi es
sent ad similia munera/expugnauit castra eorum in e
remesq; cum fasciculis passim ad tumulatum recurren
tes/facile/aut cecidit/aut cepit. ¶Virginius cōsul in uol
scis cum prēcurrere hostes effusos ex longinquo uidis
set/quiescere suos ac defixa teneri pila iussit/tunc anbe/
lantem integris uiribus exercitus sui aggressus auertit.
¶Fabius Maximus nō ignarus Gallos & Sannites pri
mo impetu prēualere/suorum autem infatigabiles spi/
ritus inter moras decertandi etiam incalescere/ impera/
uit militibus ut contenti essent primo cōgressu sustine
re/ut hostem mora fatigarent/quod ut successit annoto
etiam subsidio suis in prima acie uniuersis uiribus op/
pressum fudit hostem. ¶Philippus ad cheroniam me
mor sibi esse militem longo usu duratū Athenien sibus
acrem quidem sed inexercitatum & impetu tantum ui
olentum ex industria traxit prēliū moq; languentibus
iam Athenien sibus concitatis intulit signa & ipsos ceci
dit. ¶Lacędemonii certiores ab explorātibus facti mes
senios in eam exarsisse rabiem ut prēlium cum cōiugi
bus ac liberis descenderent:pugnā destulerunt. ¶C.Cę
sar bello ciuili cum exeruitum Aphranii & Petreii cir
cumuallatum siti angeret isq; ob hoc exasperatus inter/
fectis omnibus/ impedimentis ad pugnā descendisset.
Continuit suos arbitratus alienū dimicationi tps quod
aduersarios ira & desperatio incenderat. ¶Gneus pom
peius fugientem Mythrydatē cupiens ad prēlium cō/
pellere elegit tps ad dimicationem nocturnū ut adeun/
ti se opponeret atq; ita prēparatus subitam hostibus ne
cessitatem decertandi iniecit. Prēterea sic constituit aci
em ut ponticorum quidem oculos perstringeret aduer
sa luna suis aūt illustrem & cōspicuū prēberet hostem
¶Iugurtam aūt costat memorem uirtutis Romanorū
semper inclinato die cōmittere prēlia solitum:ut si fuga
rentur sui oportunam noctem haberent ad delitescen/
dū. ¶Lucullus aduersus Mythrydatem & Tygranem
in armeniam maiorem apud tigrano certā cum ipse nō
amplius. xv. milia armatoꝝ haberet/ hostis uero innu/
merabilem multitudinē:eoq; ipso inhabilem:usus hoc
eius incōmodo nōdum ordinatam hostium aciem in
uasit atq; ita ptinus dissipauit/ut ipsi qdez reges abiectis
insignibus fugerēt. ¶Claudius tyberius Nero aduersus
pannonios cū barbari in aciem oriente. statim die pro

cessissent continuit suos: passusq; est hostem nebula & hymbribus qui forte eo die crebri erant uerberari. Ac demũ ut fessum stando & pluuia non solum animo sed lassitudine deficere animaduertit signo dato adortos supauit. ¶ Cęsar in Gallia quia comperat Arioiusto germanoꝝ regi institutũ & quasi legem esse militibus non pugnandi decrescẽte luna tum potissimũ acie cõmissa impeditos religiõe hostes uicit. ¶ Diuus Augustus uespasianus iudeos saturni die quo eis nefas est quicquaꝫ serie rei agere adortus: supauit. ¶ Alex. lacędemonius aduersus Athenienses apud Egeopotaneos instituit certo tpe infestari naues Atheniẽsiuꝫ deinde reuocare classeꝫ: q̃ re in cõsuetudinẽ ducta/cũ Atheniẽses post digressuꝫ ei9 ad cõtrahẽdas copias dispgerent/extẽdit ex cõsuetudine classeꝫ: & recepit cũ hostiũ maxĩa pte ex more delapsa adortus reliquos occidit: & uniuersas naues

¶ De loco ad pugnã eligendo. Ca. ii. (cepit.

m Arcus Curius quia phalãge regis Pyrrhi explicite resisti non posse animaduertebat dedit operam ut in angustiis confligeret: ubi confercta sibiipsi essꝫ impedimẽto. ¶ Gneus Põpeius in capadocia elegit locum in castris editum: unde adiuuante ꝓcliuio impetum militum facile ipso discursu Mythrydatem supauit. ¶ Cęsar aduersus Pharnacem Mythrydatis filium dimicaturus: in colle instruxit aciem: que res expeditam ei fecit uictoriã. Nam pila ex edito in subeuntes barbaros emissa protinus eos auerterũt. ¶ Lucullus aduersus Mythrydatem & Tygranem in armenia maiore apud tygranocertam dimicaturus/collis proximi planum uerticem raptim cum copiarum parte adeptus/in subiectos hostes decurrit: & equitatum eorum a latere inuasit: auersumq; & eorũdem parte pedites perturbatione insequutus clarissimam uictoriam rettulit.

¶ Ventidius aduersus Parthos nõ ante militem eduxit q̃ illi quingentis non amplius passibus abessent atq; ita procursione subita adeo se admouit: ut sagictas quibus ex longinquo usus est/ eminus applicitus eluderet: quo consilio quia quandam fidutię etiam speciem ostentauerat celeriter barbaros debellauit. ¶ Annibal apud munistronem/contra/Marcellum pugnaturus cauas & pręruptas uias abiecit a latere: ipsaq; loci natura ꝓ munimentis usus clarissimũ ducem uicit. Idem apud cannas cum comperisset uolturnuꝫ amnem/ultra reliquoꝝ naturam fluminum ingentes auras mane perflare/quę arenarum & pulueris uertices agerent/sic direxit aciem ut tota uis a tergo suis/Romanis in ora et oculos incideret/quibus incõmodis mire hosti aduersantibus illam memorabilem adeptus est uictoriam. ¶ Marius aduersus Cymbros ac Theutonos constituta die pugnaturus firmatum cibo militem ante castra collocauit ut per aliq̃tulum spacii quo aduersarii dirimebantur exercitus hostium potius labore itineris ꝓfligaretur/ fatigationi eorum. deinde incõmodum aliud obiecit. Ita ordinata suorum acie ut aduerso sole & uento & puluere barbarorum occuparetur exercitus. ¶ Cleomenes lacędemonius aduersus Hyppiã Atheniẽsem/qui eqtatu preualebat/planiciẽ in qua dimicaturus erat arboribus prostratis impediuit & in uiã eqti fecit. ¶ Iberi in Africa ingẽti hostiũ multitudine excepti timẽtesq; ne circuerent implicuerũt se flumini qđ altis in ea regione ripis ꝓfluebat. qui ita a tergo amne defensi: & subinde cũ uirtute p̃starent incursando in ꝓximos oẽm hostiũ exercitum ꝓstrauerunt. ¶ Xantipus lacędemonius/sola loci cõmutatõe fortunã punici belli cõuertit. nã cũ despantibus iã carthaginẽsib9 mercede solicittaus/aĩaduertisset afros q dẽ q eqtatu & elephãtis p̃stabãt colles sectari. a Ro. aũt

quorũ robur in peditibus erat/campestra teneri penos in plana deduxit/ubi per elephates dissipatis ordinibus Romanoꝝ sparsos milites pernumidas persecutus eoꝝ exercitum fudit in illam diem terra mariq; uictorem.

¶Epaminundas dux Thebanorũ aduersus lacędemonios directurus aciem pro froute eius decurrere equitibus iussis cum ingentem puluerem oculis hostium obiecisset:expectatõemq; eius certaminis prętendisset circumducto pedite ab ea parte ex qua decursus in aduersam hostium aciem ferebat/inopinantium terga adortus cecidit.¶Lacędemonii/trecenti cõtra innumerabilem multitudinem Persarum Termopylas occupauerunt:quarum angustię non amplius q̃ parem numerum eminus pugnaturum poterat admittere:eaq; ratõne q̃tũ ad congressus facultatem equati numero barbarorum uirtute aũt prestantes/magnam eorum occiderunt partem:nec superati forent nisi per proditorem Ephylatem trachinium circumductus hostis a tergo eos oppressisset.¶Themistocles dux Atheniensiũ:cum uideret utilissimum Grecię aduersus multitudinem Xerxis nauiũ in angustiis Salaminis decernere/ idq; persuadere ciuibus nõ posset:solertia:effecit ut a Barbaris ad utilitates suas Greci compellerentur.Simulata namq; proditione misit ad Xerxem qui iudicaret populares suos de fuga cogitare dificilioremq; rem ei futuram si singulas ciuitates obsidione aggrederetur.Qua ratione effecit ut exercitus Barbarorum primum inquietaretur/ dum tota nocte in statiõe custodię esset:deinde ut sui mane integris uiribus cum dictis Barbaris uigilia marcentibus cõfligerent loco ut uoluerat arcto in quo Xerxes multitudine qua prestabat uti non posset.

¶De acie ordinanda. Ca.iiii.

Neus Scipio in Hispania aduersus Hãnonem ad opidum Indibilem/cũ animaduertisset pu/
tos eoꝝ uēturos opinabatur aliquem ex captiuis in cō
spectu iussit occidi/& membratim tanq̄ alimenta in cō
tubernia distribuit: Traces nihil non facturum perse/
uerantie causa eum credentes qui tam detestabiles epu
las sustinuisset experiri in deditionem uenerunt. ¶Ty/
berius Gracchus Iusitanis dicentibus in decem annos
cibaria se habere/& omnino obsidinem nō expauesce/
re Vndecimo inquit anno uos capiam. Qua uoce Lusi
tani quanq̄ instructi cōmeatibus statim se tradiderunt.
¶A. Torquato grecam urbem oppugnanti cum dice/
retur iuuentutem ibi studiose iaculis et lagictis exerceri
pluris eam inquit propediem uendam.

¶De destructione presidioꝝ hostium. Ca. vi.

Cipio Hannibale in Aphricam reuerso/cū plu
ſ ra oppida quę illi in potestatem ratio redigen
da dictabat firmis presidiis diuersę partis obti/
nerentur subinde aliquam manum submittebat ad infe
standa ea nouissime etiam tanq̄ direpturus ciuitates ad
erat deinde simulato metu refugiebat. Hannibal ratus
uerā esse trepidatōeꝫ/deductis undiqꝫ presidiis tanq̄ de
sūma reꝝ dimicaturus insequ cepit. Ita cōsecutus Scipio
qō petierat nudatas ppugnatoribus urbes p massiliā et
nnmidas cepit. ¶Publius cornelių Scipio/intellecta dif
ficultate expugnādi deluinū qa cōcursu oīm defende/
bat aggredi alia oppida cepit Et euocatus ad sua defen
dēda singlis/uacuatū auxiliis deluinū cepit. ¶Pyrrhus
Epirotaꝝ rex aduersus illiricos cū ciuitatem quę caput
gentis erat redigere in potestatatem suam uellet eius de
speratione cęteras urbes petere cepit consecutusqꝫ est

ut hostes fiducia uelut satis munite urbis eius ad tutelaz aliarum dilaberentur. Quo facto reuocatis ipse rursus omnibus suis euacuatã eam defensoribus cepit. ¶Cornelius Ruffinus consul/cum aliquanto tpe Crotonam oppidum frustra obsedisset qđ inexpugnabile faciebat assumpta in presidiuz Lucanoꝝ manu simulauit se cepto desistere captiuuz deinde magno prẽmio sollicitatũ misit Crotonã/qui tanꝝ ex custodia fugisset/qui psuasit discessisse Romanos. Id uero Crotonienses arbitrati di/misere auxilia destituti quę pro pugnatoribus inopinati & inualidi capti sunt. ¶Mago dux Carthaginensium uicto Gneo Pisone & in quadã turre circũspecto suspicatus uentura ei subsidia perfugam misit qui persuaderet apropinquantibus captum iam Pisonem. Qua rõe deterritis eis reliqua uictorię consumauit. ¶Alcibiades in Sicilia cum Syrracusanos capere uellet ex Catanensibus apud quos tum exercitum continebat quendã explorare solertię submisit Syrracusanis. Is in publicũ consilium introductus persuasit infestissimos esse Catanenses Athenienſibus: & si adiuuarentur a Syrracusanis futuꝝ ut opprimerent eos & Alcibiadem. Quare adducti Syrracusani uniuersis uiribus Cataniam petituri processerunt relicta ipsoꝝ urbe. Quam a tergo adortus Alcibiades desolatã ut sperauerat afflixit. ¶Cleonius athenienſis Troezenos qui presidiũ Graterum tenebant aggressus tela quędam in quibus scriptum erat uenisse se ad liberandam eorum remp. intra muros iecit: & eodez tpe captiuos quosdã conciliatos sibi remisit, qui cratez detractarent per hoc consiliũ seditione intestina apud obsessos cõciliata admoto exercitu potitus est ciuitate.

¶De fluminũ deriuatõe & cõuitiatõe aquaꝝ. Ca. vii.

p Vblius Seruilius Isauram oppidũ flumine eo quo hostes aquabantur auerso ad deditionem siti compulit. ¶Caius Cesar in Gallia cadurcorum ciuitatem amne cinctã/ & fontibus abundãtem ad inopiam aquę redegit cum fontes cuniculis aduertisset & fluminis usum per sagictarios arcuisset. ¶Quintus Metellus in Hispania citeriore in castra hostium humi li loco posita fluuium ex superiore parte immisit et sub ita inundatione turbatos per dispositos in hoc ipsum in sidiatores cecidit. ¶Alexãde apud Babilonem quę media fluuio Eufrate diuidebatur/fossas pariter & agerem instituit/ut in usum eius extimarẽt hostes egeri terram: atqꝫ ita subito flumine auerso/per alueum ueterem qui siccatus ingressuz prebebat/urbẽ intrauit. ¶Semiramis aduersus eosdẽ Babilonios eodẽ Eufrate auerso idẽ fecisse dr. ¶Clisthenes Sycionius ductũ aquaꝝ in opidũ Erisеoꝝ ferentẽ rupit. Mox refectis tubis restituit aquã elleboro corruptã q̃ usos p fluuio uẽtris decipiẽs cepit.

¶De iniiciendo obsessis pauore. Ca. viii.

p Hippus cũ teenasium castellũ nulla ui capere posset/ante ipsos muros terram egessit simula/uitqꝫ agi cuniculũ/castellaniqꝫ subruptos se estimantes reddiderunt. ¶Pelopidas Thebanus magnetũ duo oppida simul oppugnaturus nõ tam ita longo spatio distantia: quo tpe ad alterum eoꝝ exercitum admouebat/precepit ut ex cõposito ab aliis castris. iiii. eqtes coronati notabili alacritate uelut uictoriã nuntiantes uenirent/ad cuius simulatõez curãt ut silua quę in medio erat incenderet. prebitura spẽm urbis ardentis pręterea quosdam captiuoꝝ habitu eoꝝ iussit perduci. Qua asseueratõe pterriti qui obsidebant dum in pte iam se supatos existimant defecerunt. ¶Cyrus rex Persaꝝ incluso sardibus creso/qua preruptus mons nullũ aditum prestabat ad menia/malos exequentes altitudinẽ iugi subtexit. Quibus simulacra hominum armata perfecti habitus imposuera noctuque eos monti admouit.

Tum prima luce ex altera pte muros aggressus est: ubi orto iam sole simulacra illa armatorum referentia habitum refulserūt: oppidani captā urbem a tergo credētes/ & ob hoc in fugā dilapsi uictoriā hostibus concesserūt

¶De irruptōe ex diuersa parte quam expectamus Ca·viiii·

Cipio apud Carthaginem / sub discessu festus maritimi secutus deum ut dicebat ducem/ ad muros urbis accessit/& cedente stagno/qua nō expectabatur irrupit·¶Fabius maximus Cuncunctatoris filius/apud arpos presidio Hōnibalis occupatos cō siderato situ urbis sexcētos misit milites obscura nocte quiper munitam eoq; minus frequentatam oppidi partem/scalis euecti/ in murum portas reuellerēt: hi ad iuti decidentium aquarum sono qui opis strepitum obscurabat/iussa peragunt·ipse dato signo ab alia parte aggressus cepit Arpos·¶Caius Marius bello Iugurtino/ apud flumen Mulucam/cum oppugnaret castellum in monte saxeo situm qđ una & angusta semita adibatur cętera parte uelut cum saltu precipiti: nuntiato sibi per ligurem quendā/ex auxiliis gregalem militem qui forte aquatum progressus dum per saxa montis cocleas legit ad summū peruenerat/eripi posse: in castellū paucos centuriones quibus perfectissimos cū uelocissimis militib9 ęneatores immiscuerat/misit capite pedibusq; nudis: ut prospectus uisusq; per saxa facilior foret/scutis armisq; a tergo aptatis hi ligure duce & loris & clauis quibus in ascensu nitebantur adiuti/cum ad posteriora ob id uacua defensoribus castelli perucnisset/concinere & tumultuari ut prȩceptum erat ceperunt/ ad qđ constitutum·Marius constantius adhortatus suos acrius instare castellanos cepit·Quos ab inbelle multitudine suorum reuocatos tanq; a tergo capti essent insecutus castellū cepit·¶Lucius corneli9 cōsul cōplura sardiniȩ cepit oppida dū fortissimas partes copiarum noctu exponit·Quibus precipiebat ut delitescerent opperirētur q; tps quo ipse nactus appelleret occurrentibus deinde aduentanti & hostibus ab ipso per simulatōem fugę lōgius ad persequendum aduocatis illi in relictas ab his urbes impetum facerent·¶Pericles Atheniēsium dux cum oppugnaret quandam ciuitatem magno cōsensu defendentiū tutam nocte ab ea parte muroz quę mari adiacebat classicum clamorem attolli iussit hostes penetratum illa oppidum rati reliquerūt portas per quas Pericles destitutas p̄sidio irrupit·¶Alcibiades dux Atheniensium euticum oppugnandi eius causa/nocte inprouisus accessit & ex diuersa parte menium cornicines canere iussit sufficere propugnatores murorum poterant ad id latus a quo solo se temptari putabant/ cū fluerent qua non obsistebatur muros transcendit·¶Trasibulus dux Melisorum ut portum Sycinioz occuparet a terra subinde oppidanos temptauit & illo quo lacessebantur conuersis hostibus/classe inspecta portum cepit·¶Philippus/ in obsidione cuiusdā urbis maritime binas naues procul a cōspectu contabulauit supstruxitq; eis turres aliis deinde turribus adortus a terra uel cōminus domibus propugnatores distrinxit turritas naues amari applicuit·& qua non resistebatur subiit muros·¶Pericles Ponomesoz castellum oppugnaturus in quo duo oīno erant accessus/alterum fossa intercluſit alteq; munit castellani securiores ab altera parte/facti/ am solam quā muniri uidebāt custodire ceperūt Pericles preparatis pontibus iniectisq; sup fossam/q̄ non cauebat subiit castellū·¶Anthioch9 aduersus Ephesios rhodiis quos in auxilio bēbat p̄cepit/ut nocte portū cū magno strepitu inuaderēt ad quā ptem cū tumultu oī multitudine

decurrente/nudatis defensore aliis munitionibus/ ipse aggressus a diuerso ciuitatem cepit.

¶De insidiis per quas eliciantur obsessi. Ca.x.

c Ato in conspectu lacetanoꝝ / quos obsidebat reliqs submotis suessanos quosdaꝫ ex auxiliari is maxime imbelles aggredi menia iussit hoc cum facta eruptione lacetani facile auertissent & fugientes auide insecuti essent. illis quas occultauerat cohorti/bus oppidū cepit. ¶Luci9 Scipio/in Sardinia/cuiusdā ciuitatis per tumultum relicta oppugnatione/quā instruxerat/speciem fugientis finxit. Insecutisq; temere oppi/danis per eos quos in proximo occultauerat oppidum inuasit. ¶Hannibal cū obsideret ciuitatem hymeram castra sua capi de industria passus est iussis recedere penis tanq̄ preualeret hostis. Quo euentu Hymeratis ita deceptis/ut gaudio impulsi relicta urbe procurrerūt ad punicum uallum Hannibal uacuā urbem per eos quos in insidiis ad hanc ipsam occasionē posuerat cepit. Idē ut sagictarios eliceret rara acie ad muros accedens ad primā eruptōem oppidanoꝝ simulata fuga cessit. Inter/positoq; exercitu ab oppido/interclusos hostes a suis in medio trucidauit. ¶Scordisci eqtes cū acrecia duarum partiū presidio oppositus esset Lucullus pecora abigere simulantes/procurauerunt eruptiōem: fugā deinde metiti sequentem lucullum in insidias deduxerūt & octingentos cum eo milites occiderunt. ¶Chares dux Atheniensium ciuitatem aggressurus littori oppositam post quędam promontoria occulte habita classe e nauibus uelocissimā pręter hostilia presidia ire iussit: qua uisa cū oīa nauigia quę pro custodia portus agebatur/ad ꝑse/quendā euolassent/Chares in indefensum portum reliq̄ classe inuectus etiā ciuitatem occupauit. ¶Lartha dux Penoꝝ in Sicilia lilibeum nostris terra mariq; obsiden/tibus ꝑtem classis suę ꝓcul armatā iussit oñdi ad eius cōspectū cum euolassent nostri. Ipse reliqs quos in occul/to tenuerat nauibus lilibei portum occupauit.

¶De simulatione regressus. Ca.xi.

p Hormion dux Atheniensium/cū depopulatus esset agros Chalchidensiū/legatis eorundeꝫ ea reqrentibus benigne respondit & nocte qua ad missurus ilios erat: finxit litteras sibi supuenisse ciuiū suorum propter quas redeundum haberet/ ac paulum regressus dimisit legatos his oīa tuta & abisse phormionē renuntiantibus chalchidēses spe & oblate humanitatis & abducti exercitus remissa urbis custodia/cum confestim Phormion reuettisset ꝓhibere in expectatam uim non potuerūt. ¶Agesilaus dux lacedemonioꝝ cū phocenses obsideret/& intellexisset eos qui tunc presidio il/lis erant iam grauari bellū in cōmodo paululum regressus/tanq̄ ad illos actus liberam occasionem recedendi his dedit nō multo post milite reducto/destitutos phocenses supauit. ¶Alcibiades aduersus bizanticos/ qui se menibus cōtinebāt insidias deposuit & silato regres/su incautos eos oppssit. ¶Viriatus cū tridui iter descendēs cōfecisset idē illud in uno die remēsus/securos segobrienses & sacrificio q̄ maxīe occupatos oppressit. ¶Epaminundas mantiniā cū lacędemonios in subsidium hosti uenisse aīaduertetet ratus posse lacędemonem occupari si clam illo profectus esset nocte crebros ignes fieri iussit/ut specie remanēdi occultaret profectōem sed a trāsfuga ꝓductus assecuto exercitu Lacędemonioꝝ itinere qdem quo spartam petebat destitit. Idem tn̄ consiliū conuertit ad mātinienses. Equę eniꝫ ignibus factis Lacedemonios quasi maneret frustratus. xl. milia passuum reuertitur Mantiniam. eaq; auxilio destitutam occupauit.

¶De exercitanda cura suorum. Ca.xii.

a Lcibiades Atheniensis ciuitate sua a Lacęde/
moniis obsessa ueritus negligētiā uigilū denun
tiauit his qui in stationibus erant ut obseruarēt
lumen quod nocte ostensurus esset ex arce & ad cōspe/
ctum eius ipsi quoq; lumina attollerent in quo munere
qui cessasset/penā passuꝝ:dum sollicite expectat signuꝫ
ducis peruigilatum ab omnibus & suspecte noctis per
iculum euitatum est.¶Hiphycrates dux Atheniensiū
cum presidio Corinthū teneret & sub aduentum hosti
um ipse uigilias circuiret/ uigilem quem dormientem
uiderat trāsfixit cuspide.Quod factū quibusdā tanq̄ se
uum increpantibus qualem inueni inquit talem reliqui.
¶Epaminundas Thebanus idem fecisse dicitur.

¶De emittendo & recipiendo nuntio. Ca.xiii.

r Omani obsessi in Capitolio/ ad Camillum ab
exilio implorandū miserunt qui ut statōes Gal
lorum falleret per saxa tarpeia demissus trāsna/
to Tyberi ueios ꝑuenit.& perpetrata legatione similiter
ad suos rediit.¶Campani diligenter Romanis quibus
obsessi erant custodias agentibus/quendam per transfu
gam subornatum miserunt qui occultatā Balteo episto
lam inuenta effugendo occasione ad Penos pertulit.
Venatione quoq; & pecoribus quidā miserunt litteras
membranis mandatas.aliq iumentum in aduersam par
tem inflixerunt dum statōes transeunt.nōnulli interio
ra uaginaꝝ inscripserunt.¶Hyrcius cōsul ad Decimū
brutū qui mutine ab Antonio obsidebatur/litteras sub/
inde misit plumbo scriptas/,quibus ad brachiū ligatis/
miles scultenam amnem transnabat.Idem columbis q̄s
inclusas ante tenebris & fame affecerat/epistolas ad col
lum seta ligauit easq; a propinquo inq̄tum poterat loco
menibus emittebat ille lucis cibiq; auide altissima edifi
cioꝝ petentes excipiebantur a bruto.Qui eo modo de
oībus rebus certior fiebat utiq; postq̄ disposito cibo q/
busdam locis columbas illuc deuolare instituerat.

¶De introducēdis auxiliis & cōmeatibus.Ca.xiiii.

b Ello ciuili cū Aregna urbs in Hispania Pōpei/
anaꝝ partiū obsideretur Martius interim rex
tanq̄ Cęsarianus tribuni cornicularius uigiles
quosdam excitauit:e quibus aliquid euitans constantia
fallacię suę per medias Cęsaris copias presidiū Pōpei
transduxit.¶Hannibale obsidente casilinū Romani fa
rinam doliis scd̄a aqua uulturni fluminis dimittebant
ut ab obsessis exciperetur:quibus cū obiecta ꝑ mediuꝫ
amnem catena Hannibal obstitisset nuces sparsere/quę
cum aqua ferēte ad oppidū defluerent/eo cōmeatu so/
cioꝝ necessitatē sustentauerunt.¶Hyrcius in Mutinen
sibus obsessis ab Antonio/salem quo maxīe indigebāt
cuppis conditū per amnem Saminicoꝝ intromisit.Idē
pecora scd̄a aqua dimisit quę excepta sustentauerūt ne
cessariorum inopiam. ¶Quemadmodū
efficiatur ut q̄ desunt habūdare uideant. Ca.xv.

r Omani cū a Gallis Capitolium obsideretur in
extrema iam fame panem in hostem iactaue/
runt consecutiq; ut habundare comeatibus ui/
derentur:obsidionem donec camillus subueniret/ tolle
rauerūt.¶Athenienses aduersus Lacędemonios idem
fecisse dicuntur.¶Hi qui ab Hannibale Casilinū obsi
debantur ad extremā famem ꝑuenisse crediti cū etiam
herbas alimentis eoꝝ Hannibal sępe arato loco qui erat
inter castra ipsius/& menia preriperet semina in prepa/
ratum locum iecerūt.Cōsecuti ut habere uiderentur un
de uictū sustentarent usq; ad satoꝝ ꝓuenūt.¶Reliqui
ex uariana clade cum obsiderētur/quia deficere frumē/
to uidebātur horrea tota nocte circūduxerunt captiuos

deinde precisis manibus dimiserunt. Hi circumsedentibus suis persuaserunt ne spem maturę expugnationis reponerent in fame Romanorꝫ quibus alimentorꝫ ingens copia superesset. ¶Thraces/in arduo monte obsessi/in quem hostibus accessus non erat collato uiridi exiguo tritico/aut caseo pauerunt pecora & in hostiū presidia dimiserunt. Quibus exceptis & occisis cū frumenti ue stigia in uisceribus earuꝫ apparuissent/oppinatus hostis magnam uim tritici superesse eis qui inde ēt pecora pascerent recessit ab obsidione. ¶Heurabisius dux meliorꝫ cum longa obsidione milites sui agerētur/ab Alacte qui sperabant eos ad deditionem fame posse compelli sub aduentum legatorꝫ baliactis/frumētum omne in forum compellere iussit & cōuiuis sub id tp̄s instructis per totā urbē epulas prestitit atqꝫ ita psuasit hosti supesse ipsis copias q̄bus diuturnā sustineret obsidionem.

¶Qua ratione proditoribus & transfugis occurratur .Ca.xvi.

Arcellus cognito cōsilio Barcei nolani qui cor
m rupere ad defectōeꝫ populares studebat/& Hānibali gratificabatur ꝙ illius beneficio curatus iter cānenses:saucius & ex captiuitate remissus ad suos erat qui interficere eum ne supplicio eius reliquos concitaret Nolanes nōaudebat arcersitum ad se / allocutus est dicens fortissimū eum militem/q̄ antea ignorasset hortatusqꝫ est ut secum moraretur & super uerborꝫ honorem equum ei quoqꝫ donauit. Qua benignitate non illius tm̄ fidem/sed etiam popularium qui ex illo pendebant sibi obligauit. ¶Halmilcbar dux Penorꝫ cū frequenter auxiliares Galli ad Romanos transirent & iam ex consuetudine ut socii excipentur sicut fidelissimos subornauit ad simulandam transitōem qui Romanos excipiendorꝫ causa eorꝫ progressos occiderunt. Quę solertia Amilcbari non tautum ad presentem profuit successum:sed in posterū prestitit ut Romanis ueri quoqꝫ transfuge forent suspecti. ¶Hanno Cartaginensium imperator in Sicilia cū comperisset mercēnariorum Gallorum circiter.iiii.milia conspirasse ad trāsfugiendum ad Romanos ꝙ aliquot mensium mercedes non receperant animaduertere autem in eos non auderet/ metu seditionis promisit prolatiōis in iuriam liberalitate pensaturum. quo nomine gratias agentibus gallis per tempus idoneum datis pollicitis fidelissimum dispensatorem:ad Otacilium consulem misit. qui tanq̄ rationibus in trāsuersis trāsfugisse nuntiauit nocte proxima Gallorꝫ quatuor milia quę prędatum forent missa posse excipi. Otacilius nec statim credidit transfuge:nec tamen rem spernendā ratus disposuit insidiis lectissimā manum suorum. ab ea galli excepti dupliciter Hānonis cōsilio satisfecerunt. & Romanos cecíderunt & ipsi omnes interfecti sunt. ¶Hannibal similiter se a transfugis ultus est. Nam cum aliquos ex militibus suis sciret transfugisse proxima nocte/nec ignoraret exploratores hostiuꝫ in castris suis esse palam pronuntiauit non debere trāsfugas uocari solertissimos milites qui ipsius iussu exierunt ad excipiendum hostia consilia. auditis quę pronuntiauit rettulerunt exploratores ad suos. Tunc comprehensi a Romanis transfuge: & amputatis manibus remissi sunt. ¶Diodortus cum presidio Ampbypolim tueretur & duo milia thracuꝫ suspecta haberet/ quę uibebantur urbem direpturam/mentitus est paucas hostium naues proximo littori applicuisse easque diripi posse. Qua spem simulata Thraces emisit. Ac deinde clausis portis non

recepit. ¶De eruptionibus. Ca.xvii.

Omani qui in presidio panormitatoꝝ erant ueniente ad obsidiõeꝫ Hasdrubale raros ex industria in muris posuert defensores. Quoꝝ paucitate contẽpta cũ incautus muris succederet Hasdrubal eruptõe facta ceciderunt eum. ¶Aemilius Paulus uniuersis ligu ribus inprouiso adortis castra eius simulato timore diu cõtinuit militem deinde fatigato iaꝫ hoste a.iiii.portis eruptione facta strauit cepitq; ligures. ¶Velius prefec/tus Romanoꝝ/arcem Tarentinoꝝ tenens/misit ad Ha/sdrubalem legatos ut abire sibi incolumi liceret. ea si/mulatõe ad securitatem perductũ hostem eruptõe fac ta cecidit. ¶Gneus Pompeiꝰ circũsessos ad dyrrachiũ non tm̃ obsidione liberauit suos/ueꝝ etiam post erupti onem q̃ oportuno loco et tpe fecerat Cęsarem ad castel lum qõ duplici munitõe instructum erat auide irrũpen tem exterior ipse circũfusus corona oblígauit ut ille in ter eos quos obsidebat / & eos qui extra circũuenerant medius non leue periculũ & detrimentũ senserit. ¶Fla uius fimbria & in Asia apud Thidiacũ/aduersum filiũ Mithrydatis brachiis a latere ductis deinde fossa in frõ te percussa/quietum in uallo militem tenuit donec ho/stilis equitatus incurreret angustias munimentoꝝ:tunc eruptione facta sex milia eoꝝ cecidit. ¶Esculani oppu/gnaturi oppidum Pompeii/cum paucos senes egros in muris ostendissent ob id securos Romanos eruptione facta fugauerunt. ¶Numantini obsessi ne pro uallo qui dem instruxerunt aciem adeoq; se continuerunt/ut Po pilio lenati fiducia fieret scalis oppidum aggrediendi. Quo demum suspicante insidias/qui nec tunc quidem obsistebatur ac suos reuocante eruptõne facta aduersus descendentes adorti sunt.

¶De distantia obsessoꝝ. Ca.xviii.

Omani assidente menibus Hannibale ostẽden
r fiducie gratia supplemẽtum exercitibus quos in Hispania habebant diuersa porta miserunt Idem agrum in quo castra Hannibal habebat defun/cto forte domino uenalem ad id precium perduxerũt licendo quo is ager ante uenerat bi dum ab Hanniba/le obsiderentur/ & ipsi capuam decreuerunt obsidere. nec nisi capta ea reuocauerunt inde exercitum.

¶Sexti Iulii Frontini Strategematum liber Quartus.

Vlta lectione conquisitis strategema/
tibus & non exiguo scruplo digestis/
ut promissum trium librorum imple/
m rem/si modo impleui,in hoc exhibeo
ea quę parũ aperte descriptioni prioꝝ
ad speciem alligata subiici uidebãtur.

Et erant exempla potius strategicon q̃ strategemata. Quę iccirco separaui quia q̃uis clara:diuersę tm̃ erant substantię:ne si qui forte in aliqua ex his incidissent si/militudine indocte pretermissa opinarentur: & sane ue lut residua expedienda sunt in quo sicuti antea & ipse ordinem per species seruare conabor.

¶De disciplina. Ca.i.
¶De effectu discipline. Ca.ii.
¶De continentia. Ca.iii
¶De iustitia. Ca.iiii.
¶De constantia. Ca.v.
¶De effectu & moderatione. Ca.vi.
¶De uariis consilis. Ca.vii.

¶De disciplina. Ca.i.

f Cipio ad Numãtiam corruptum superioꝛ du
cum secordia exercitũ correxit: dimisso ingen
ti lixaꝛ numero redactis adminus, quotidiana
exercitatione militibus quibus cũ frequens iniungeret
iter portare cõplurium dierum cibaria imperabat ita ut
frigora & hymbres pati uada fluminũ pedibus traiice
re assuescerent miles. Exprobrante subinde imperatore ti
miditatem & ignauiam frangente/ delicatioris usus ac
parum necessaria expeditõi uasa. ꝙ maxime nobiliter
accidit Caio meuio tribuno: Cui dixisse tradit Scipio
mihi paulsper tibi & reip. semp necessarius nequaquaꝛ
eris. ¶Quintus Metellus bello Iugurtino similiter lap/
sam militum disciplinã pari seueritate restituit cũ insu/
per ꝓhibuisset alia carne q̃ assa/elixaue milites uti. ¶Pir
rhus delectori suo fertur dixisse/tu grãdes elige ego eos
fortes reddam. ¶Lucio Flacco & C. Varrone consuli/
bus/milites primo iure iurando facti sunt ante enim sa
cramento tantũmodo a tribunis regabantur. Cęteꝛ ipsi
interse cum iurabant se fuge ac formidinis causa non
abituros neq; ex ordine recessuros/nisi teli petendi feri
endiue hostis/aut ciuis seruandi causa. ¶Scipio Aphri
canus cũ ornatum scutũ elegantius cuiusdã uidisset di/
xit nõ mirari se ꝙ tanta cura ornasset/in quo plus p̃sidii
q̃ in gladio hꝛet. ¶Philippus cũ primũ exercitum con
stitueret/uehiculoꝛ usum omnibus interdixit eqtibus/
non amplius q̃ singulos lacones hꝛe permisit. Peditibus
aũt denis singulos qui molas & funes ferrẽt in estiua ex
euntibus. xxx. dieꝛ farinã collo portare impauit. ¶Ca
ius Marius recidendoꝛ impedimentoꝛ gratia quibus
maxime exercitus agmen oneratur uasa & cibaria mili
tũ in fasciculos aptata furcis imposuit sub qbus & babi
le onus & facilis requies esset: Vnde & in prouerbiũ tra
paterentur. ¶Quintus Fabius maximus transfugarum
dextras precidit. ¶Marcus Curio consul/bello Darda/
nico circa Dirrachiuꝫ/ cum ex qnq; legionibus una fa/
cta seditione militiã detrectasset secuturãq; se temerita
tem ducis in expeditione asperam & insidiosam negas/
set quattuor legiones eduxit armatas & consistere ordi/
nibus detectis armis uelut in acie iussit. Post hęc seditio
sam legionem inermem procedere distinctãq; in con/
spectu armati exercitus stramenta coegit secare. Poste/
ro aũt die similiter fossam discinctos milites facere nul/
lis precibus legionis ab eo inpetari potuit ne signa eius
submitteret nomenq; aboleret/milites aũt in supplemẽ
tum legionũ distribueret. ¶A Fuluio apio claudio con
sule milites ex pugna cãnensi in Siciliam ex senatus. C.
relegati postulauerunt a consule Marco marcello/ut in
prȩlium ducerentur. Ille senatum consuluit senatus nega
uit sibi placere cõmitti his remp. q̃ deseruissent. Marcel
lo tamen p̃misit facere qõ uideretur Dum ne quis eorũ
munere uacaret neue donaretur neue ꝙ premiuꝫ ferret
aut in Italia portaretur/dum peni in ea fuissent. ¶M. Sa/
linator consularis damnatus est a populo eo ꝙ prędam
non equaliter diuiserat militibus. ¶Cum a liguribus in
p̃lio Quintus petilius cõsul interfectus esset/decreuit se/
natus uti ea legione in cuius acie cõsul erat occisus tota
infrequens referretur stipendium ei nõ daretur a nume
roq; rescinderetur.

¶De effectu disciplinę Ca.ii.

b Ruti & Cassii exercitus memorię proditũ est
in bello ciuili cũ una per Macedoniam iter fa/
cerent/priorq; Brutus ad fluuiũ in quo pontes
iungi oportebat peruenissent Cassii tamen exercitum &
in efficiendo pontem & in transitu maturando prȩces/
sisse. Qui uigor disciplinę effecit ne solum in operibus

uerum etiam in summa belli prestarent cassiani brucianis. ¶Caius Marius cum facultatem eligendi exercitus haberet ex duobus qui sub Rutilio & qui sub Metello ac postea sub seipso meruerant Rutilianū quendā minorem qui certioris disciplīe arbitrabatur puncta uit. ¶Domicius corbulo duabus legionibus & pauciss mis auxiliis disciplīa correpta Parthos substinuit. ¶Alexander Macedo. xl. milia hoim iam inde a Philippo patre disciplīnę asuefactis orbem terraz aggressus innumeras hostiū copias supauit. ¶Cyrus bello aduersus pas. xiiii. milibus armatoz imensas difficultates supauit ¶Epaminūdas dux Thebanoz. iiii. milia hoim exq bus. cccc. tm eqtes erāt lacedemonioz exercitū. xxiiii. miliū peditū/equitū mille sexcentoz uicit. ¶A. xiiii. milibus greco qui numerus in auxiliis Cyri aduersus Artaxerxez fuit/centū milia Barbaroz prelio superati sunt. ¶Eodem greco prelio. xxiiii. milia amissis ducibus reditus sui cura uni ex corpore suoz Xenophonti Athenienssi demandati per iniqua & incognita loca incolumia reuersa sunt. ¶Xerxes a. ccc. Lacedemoniorū ad termopylas uexatus cum uix eos confeciss̄et. hoc se deceptum aiebat q multos quidem homines habebat uiros autem disciplīne tenaces nullos.

¶De continentia. Ca. iii.

Marcum Catonem/uino eodez/quo remiges cōtentum fuisse traditur. ¶Fabritius cuz Cyneas legatus Epyrotaz/grande pondus auri dono ei daret non accepto eo dixit malle se hītibus id imperare q̄ habere. ¶Attilius regulus/cum summis rebus prefuisset/adeo pauper fuit ut se coniugem liberosq; tolleret agello qui colebatur per unum uillicum cuius audita morte scripsit senatui de successore destitutis rebus obitu serui necessariam esse presentiam suam. ¶Caius Scipio post res prospere gestas in Hispania in summa paupertate decessit nec ea quidem relicta pecunia quę sufficeret in dotem feminarum /quas ob inopiam publice dotauit senatus. ¶Idem prestiterunt Athenienses filiis Aristidis post amplissimaz rerū administrationem maxima paupertate defuncti. ¶Epaminundas dux Thebanorum tante abstinentię fuit ut in suppellectili eius pręter aenuz et ueru unicum uibil inueniretur ¶Hannibal surgere de nocte solitus ante noctem non requiescebat crepusculo demū ad cenam uacabat/neq; amplius q̄ duobus lectis discūbebatur apud eum. Idem cum sub Hasdrubale imperatore militaret plerumq; super nudam bumū sacculo tectus/somnos capiebat. ¶Emilianum Sipionem traditur in itinere cum amicis ambulantem accepto pane uesci solitum. ¶Idem & de Alexandro Macedone dicitur. ¶Masiniss̄am nonagesimum ut dicitur annum agentem meridie ante taberna culum stantem uel ambulantem capere solitum cibos legimus. ¶Curius cum uictis ab eo sabinis ex senatus consulto ampliaretur ei modus agri quem consumati milites accipiebant gregalium portione contentus fuit malum ciuem dicens cui non esset id qđ ceteris satis. ¶Vniuersi quoq; exercitus notabilis sępe fuit continētia/sicut eius qui sub Marco Scauro meruit Nāq; memorię tradidit Scaurus pomiferam arborem quę in pede castroz fuerat completa metatione postero die abeunte exercitu intactis fructibus relictaz. ¶Auspiciis imperatoris Cęsaris Domiciani augusti germanico bello q̄ Iulius ciuilis in gallia mouerat ligonū opulētissima ciuitas quę ad ciuitem desciuerat/cū adueniēte exercitu cęsaris: populationem timeret q̄ contra expectationem inuiolata nibil ex rebus suis amiserat in obsequium redacta septuaginta milia armatorum tradidit.

¶Lauinius qui Corintho capta non Italiam solum/

Sed etiam prouinciam tabulis statuisq; exornauit/adeo nihil ex tantis manibus in suum cõuertit ut filiam eius inopem senatus ex publico dotauerit.

¶De iusticia. Ca.iiii.

Amillo phaliscos obsidenti ludi magister libe
c ros faliscoꝝ/tanq̃ ambulandi causa extra muꝝ
eductos tradidit dicens repetendis obsidibus necessario ciuitatem imperata facturam: Camillus non solum spreuit perfidiam sed etiam restrictis post terga manibus magistrum uirgis agendũ ad parentes tradi/dit piis adeptus beneficiis uictoriã quã fraude nõ cupierat.Nam phalisci ob banc iusticiam sponte ei se dede/runt.¶Ad Fabricium ducem Romanoꝝ medicus pirrhi Epyrotarum regis peruenit ꝓpollicituſq; est daturuꝫ se uenenũ Pyrrho si merces sibi in qua operepreciũ esset constitueretur.Quo facinore Fabricius agere uic/toriam suam non arbitratus regi medicam detexit:atq; ea fide meruit ut ad petendam amicitiam Romanorũ compelleret Pyrrhum.

¶De constantia. Ca.v.

Neus Pompeius minantibus direpturos pecu/
g niam militibus quę in triumpho ferretur Seruilio & Glaucia cohortantibus ut diuideret eã ne seditio fieret affirmauit nõ triumphaturũ se ꝓsed potius moriturum q̃ licentię militum succumberet.Castigatis q; oratione graui laureatos fasces obiecit ut ab illorum inciperent direptione/eaq; inuidia redegit eos ad mo/destiam.¶Cęsar seditione in tumultu ciuilium armoꝝ acta/maxime tum tumentibus animis legionem totam exauctorauit ducib9 seditionis securi pcussis.Mox eos quos exauctorauerat ignominiaꝫ deprecantes restituit & optimos milites habuit.¶Paulus amisso ad cannas exercitu offerente equum Lentulo quo fugeret supesse cladi quanq̃ non per ipsum contracte noluit/ sed in eo saxo cui se uulneratus adclinauerat pśedit donec ab hostibus oppressus cõfoderetur.¶Varro collega eius uel maiore constantia post eandem cladem uixit gr̃eq; ei a senatu & populo acte sunt quia non desperasset remp. Non aũt uitę cupiditate sed reip.amore se supfuisse re/liquo ętatis suę tpe approbauit. Nam & barbam & ca/pillum submisit.& postea nunq̃ recumbens cibum ce/pit honoribusq; cum ei deferrentur a populo renuntia/uit dicens/felicioribus mgratib9 reip.opus esse.¶Sempronius Tuditanus & Octauius tribuni militum omnibus fusis ad cannas cum in minoribus castris circũse/derentur suaserunt cõmilitionibus ut stringerent gladi/os & per hostiũ presidia erũperent secũ/ id sibi esse animi etiam si nemini ad erumpendũ audatia fuisset/affirmans decuntantibus.xii.omnino eqtibus uel peditibus qui cõitari substinerant repertis incolumes canusium peruenerunt.¶C.Fonteius Crassus in Hispania cum tribus milibus hominum prędatum profectus/locoq; in quo circũuentus ab Hasdrubale ad primos tm̃ ordines relato consilio incipiente nocte quo tpe minime expec/tabatur per stationes hostium erupit.¶Publius decius tribunus militum bello Sãnitico Cornelio consule ini/quis locis deprehenso ab hostibus suasit ut ad occupãdum collem qui in propinquo erat modicã manũ mit/teret/seq; ducem his qui mittebantur obtulit:aduocatus in diuersis hostis emisit cõsulem. Deciũ aũt cinxit/ob seditq; illas quoq; angustias:nocte eruptionem cum elu ctatus esset Decius incolumis cum militibus consuli ac/cessit.¶Idem fecit sub Atilio Calatino consule cuius uarię traduntur nõia.Alii Briarchium. nõnulli Cedippũ. q̃plurimi Calpurnium fama uocitatum scripserũt.Hic cum demissum in eam uallem uideret exercitum cu/

ius omnia latera que erāt superiora hostis insederat de poposcit & accepit a cōsule trecētos milites quos horta tus ut uirtute sua exercitum seruarent in mediam uallē decurrit/ ad opprimendos eos undiq; descendit hostis longoq; & aspero prelio retentus occasionem cōsuli ad extrahendum exercitum dedit. ¶Cesar aduersus Ger/manos & regem Arionistum pugnaturus cōfusior ani/mis p cōcione dixit nullius se eo die opa/ nisi decimę legionis usurū. Quo assecutus est. & ut decumani tanq̄ precipue fortitudis testimonio concitarentur & cęteri pudore ne penes alios gloria uirtutis esset. ¶Lacędemonius quidam nobilis Philippo denuntiante multis se prohibiturum nisi ciuitas sibi traderetur: num inquit & patria mori nos pbibebit. ¶Leonidas Lacędemonius cum dicerentur Persę sagictarum multitudine nubes esse facturi: fertur dixisse melius in umbra propugnabimus. ¶Celius prętor urbanus cum ei ius dicenti Picus in capite insedisset: & aruspices respondissent dimissa aue hostium uictoriam fore. necata populū Romanuz superiorem: auem occidit: Qua occisa nostro exer/citu uincente ipse cum. xiiii. celiis ex eadem familia in prelio est occisus. hunc quidam non Celium: sed Lęli/um fuisse & Lęlios non Celios periisse credunt. ¶P. Decius pmo pater postea filius in magistratu se pro rep. deuouerunt: admissisq; in hostem equis adepti uictori/am patrię contulerunt. ¶Lucius Crassus cum bellū ad/uersus Aristonicū in Asia gerens: inter eliam & mirby nam in hostium copias incidisset & inuitus abduceretur: execratus in consule Romano captiuitatem: uirga qua ad equum erat usus Thraci a quo tenebatur eruit: Atq; ab eo per dolorem concitato transuerberatus de/decus seruitutis ut uoluerat effugit. ¶M. Cato Censorii filius in acie decedente equo prolapsus cum anim/aduertisset gladium exisse uagina: ueritus ignominiam rediit in hostem: ex eoq; aliquot uulneribus/recupera/to gladio deinde reuersus est ad suos. ¶Petilini a Poe/nis obsessi parentes & liberos propter inopiam eiecerūt ipsi coriis madefactis & igne siccatis foliisq; arborum & omni genere animalium uitam trahentes: xi. mensi/bus obsidionē tolerauerunt. ¶Hispani cum Fabrescen se omnia eadem passi sunt nec oppidum Herculeio crediderunt. ¶Casilini obsidente Hannibale tantam inopiam perpessi sunt: ut centum denariis murē ueniisse proditū memorie sit: eiusq; uenditorē fame piisse: emptorem aūt uixisse fidē tn seruare Romanis pseuerauerūt. ¶Cizicū cum oppugnaret Mythridates captiuos eius urbis produxit: ostenditq; obsessis: arbitratus futurum ut miseratione sociorum compelleret ad deditōem oppidanos: at illi cohortati ad paciendā fortiter mortem captiuos/seruare Romanis fidem perseuerauerunt. ¶Eginenses cum a Viathotis liberi & coniuges cederentur prcoptauerūt spectare supplicia pignorum suorum q̄ a Romanis deficcce. ¶Numantini/ ne se dederent fame mori prefixis foribus domuum suarum/ premaluerunt.

¶De effectu & moderatione. Cap. vi.

Qvintus Fabius minucius hortante filio ut locū idoneum paucorum iactura caperet: uis ne inquit tu ex illis paucis esse. ¶Xenophon cum equo ueheretur & pedites iugum quodam occupare iussisset unus ex eis obmurmurādo q̄ diceret facile eū laboriosa sedentem imperare: desiluit & gerega/

lez equo imposuit cursuq; ipse pedestri ad destinatum iugum peruenit·cuius facti ruborem cum perpeti mi/les non posset irridentibus commilitonibus sponte de/scendit:Xenophontem uix uniuersi perpulerunt ut cō/scenderet equum & laborem suum in necessaria duci numerare uellet·¶Alexander cū byeme duceret exer/citum residens ad ignem recognoscere prętereuntis co pias cepit·Cumq; conspexisset quendam quoq; exina/nitum frigore considere loco suo iussit/ dixitq; ei Si in Persis natus esses in regia sella sedisse tibi capitale foret in Macedonia nato conceditur·¶Diuus Augustus Ve spasianus cum quendam adolescentem bonestę natum in militię inhabilem angustiarum rei familiaris causa eductum ad longiorem ordinem reiecisset/ censu con/stituto honesta missione exauctorauit·

¶De uariis consiliis· Ca·vii·

Aesar dicebat idem esse sibi consilium aduer/
c sus hostē:qui plerisq; medicis contra uicia cor porum fame potius q̄ ferro superādi·¶Domi cius corbulo dolabra id est sensu hostem uicendū esse dicebat·¶Paulus Impatorem senem moribus dicebat esse oportere:significans moderatiora sequenda cōsilia ¶Scipio Aphricanus/fertur dixisse cum eum parum quidam pugnatorem dicerent Imperatorem me mater non bellatorem peperit·¶Lucius marius Teutono pro uocanti eum & postulanti ut prodiret respondit: Si cu/pidus mortis esset laqueo eum uitam posse finire/ cūq; pemonstraret ei gladiatorem contempte statue e et pro pe exacte etatis obiecit ei dixitq; si eum superasset cum victore congressurum·¶Quintus Sertorius/experimē to didicerat se imparem uniuerso Romanorum exerci/tui ut Barbaros quoq; inconsulte pugnam deposcentes doceret / adductis in conspectū duobus equis quorum p̄ualido alteri/alteri ad modū exili duos admouit iuue nes: similiter electos robustum & gracilem: robustiori imperauit equi exilis uniuersam caudam abrūpere gra cili u lentioris per singulos pilos uellere· Cū gracili suc cessisset quod imperatum esset · ualidissimus cum infir/mi equi cauda sine effectu luctaretur naturā inquit Ser/torius Romanarum uirium per hoc uobis exemplum ostendi milites insuperabiles sunt: uniuersos agredien/ti eosq; lacerabit & carpet qui per partes attentauerit·¶Valerius leuinus consul cum intra castra sua explora torem hostium deprehendisset/ magnamq; copiarum suarum fiduciaz̄ haberet circumduci eum iussit terren diq; hostis causa exercitus suos uisendos speculatori/bus eorum quotiens uoluissent patere·¶Ceclius primi pilaris qui in Germania post Valerianam cladem ob/sessis nostris pro duce fuit ueritus ne Barbari ligna quę congesta erant uallo admouerent & castra eius incen/derent simulata lignoruz̄ inopia missis undiq; qui ea fu/rarentur effecit ut Germani uniuersos truncos amolirē tur·¶Caius Scipio bello nauali Amphoras pice/ & te/de plenas in hostium classem iaculatus est quarum iac tus & pondere foret noxius/ & difundendo quę conti/nuerant/alimentum prestarent incendio·¶Hannibal regi Antiocho mōstrauit ut in hostiū classez̄ uascula ia cularetur/uiperis plena:quarum metu perterriti milites a dimicatione & nauticis ministeriis impedirentur·Idē fecit iam cedente classe sua prusiaz̄·¶Marcus Porcius de impetu in classem hostium cum transiluisset detur/batis ex ea Penis/eorumq; armis & insignibus inter su/os distributis multas naues hostiuz̄ quos sociali habitu fefellerat mersit· ¶Athenienses cum subinde a Lacę

demoniis infestarentur diebus festis quos sacros miner
uę extra urbem celebrabant omnem quidem colentiū
imitationem expresserunt:armis tamen ueste celatis pa
cto ritu suo non statim Athenas reuersi sed prot nus in
de raptim acto agmine eo tempore quo minime time/
bantur agros hostium quibus subinde prędę fuerāt ul/
tro depopulati sunt.¶Cassius onerarias naues non ma/
gis ad alios usus accēsas oportuno uento in classem bo
stium misit:& incendio eam consumpsit.¶M.Liuius
fuso Hasdrubale hortantibus cum quibusdā ut hostem
ad internitionem persequeretur respondit aliqui & sup
sint qui de uictoria nostra hostibus nuntient.¶Scipio
Aphricanus dicere solitus est hosti non solum dandaz
esse uiam fugiēdi: sed etiā muniendā.¶Pericles Athe/
nensis affirmauit incolumes futuros hostes: si depone
rent ferrum:eiusq; obsecutis conditionibus uniuersos q
in cingulis ferreas fibulas habuissent interfici iussit.
¶Hasdrubal subiiciens dolum numidis ingressus fines
eorum resistere parantibus/affirmauit ad capiendos se
uenisse elephātos quibus ferax est numidia ut hoc per
mitterent securitatem poscentibus promisit & ex ea p/
suasione aduocatos ad ortus sub leges redegit.¶Aleta
Lacędemonius / ut Thebanorum commeatum faci
lius ex opinato aggrederetur in occulto paratis nauib9
tanū unam oīno brēt turrem cōmeatibus in eaz exerce
bat quodā deinde ope omnes naues in Thebanas trans
nauigantes immisit & cōmeatibus eorum potitus est.
¶Ptholemeus aduersus Perdicā exercitu prędualentem
ipse inualidus omne pecudum genus religatis ad ter/
gum quę traherent carpentis agendum per paucos cura
uit equites ipse progressus cum copiis quas habebat ef
fecit/ut puluis quem pecora excitauerat speciez magni

exercitus sequentis moueret. Cuius expectatione terri/
tum fecit hostem.¶Mironides Athenensis aduer
sus Thebanos equitatu prepualentes pugnaturus in cam
pis suos edocuit manentibus esse spem aliquam salutis
cedentibus autem pernitiosissimum. Qua ratione con/
firmatis militibus uictoriam consecutus est.¶C.Pi/
narius in Sicilia presidio enne prępositus/claues porta/
rum quas penes se habebat reposcentibus Athenensi/
bus/q; suspectos eos tanquam transitionem ad penum
pararent habebat/ petiit unius noctis ad deliberatiōem
spatium:indicataq; militibus fraude Gręcoz cum pre/
cepisset ut parati postera die signum expectaren: poste
ra luce assistentibus redditurum se claues dixit:sic idez
omnes Athenienses occidit.¶Hipbycrates dux Athe
nensium classem suā hostili habitu instruxit:& ad eos
quos suspectos habebant inuectus cū effuso studio ex/
ciperetur deprehensa eorum perfidia oppidum diripu/
it.¶Romani cum campanis equitibus nullo modo pa
res essēt.Quitus Neuius cēturio in exercitu Fuluii flac
ci pro consulis excogitauit ut delectos exercitu ex toto
qui uelocissimi uidebantur ex melioris state erant
spatulis non amplis & galericulis: gladiisq; ac septenis
singulos hastis quaternorum circiter pedū armare eos
q; adiunctos equitibus iuberet usq; ad menia prouehi
deinde ibi positis nostris equitibus incipere inter hosti
um equitatum pręliari. Quo facto uehementer & ipsi
Campani afflicti sunt:& maxime equi eorum/ quibus
turbatis prona nostris uictoria fuit.¶Publius Scipio in
Lidia cū die ac nocte bymbre continuo uexatum exer
citum Anthiochi uideret nec homines tm aut equos de
ficere uerum arcus quoq; madentibus neruis inhabiles

factos exhortatus est suos/ut postero quamuis religio/
so die cōmitteret prēliū quam sententiā secuta uictoria
est. ¶Catonē uastantem Hispaniā/legati legatū qui so
cioꝝ populus erat adierunt orauerunt auxilia. Ille ne aut
abnegato adiutorio socios alienaret/ aut deducto exer/
citu uires minueret/tertiā partem militū cibaria parare
& naues ascendere iussit / dato precepto ut cauti uentos
retro redirēt:recedens interim aduentātis auxilii rumor
uti lege tm excitauit animos ita hostiū consilia decussit
¶Cęsar cum in partibus Pompeianis magna equitum
Romanoꝝ esset manus/eaq; armoꝝ scientia milites cō/
ficeret:ora oculosq; eorū gladiis peti iussit:& sic aduer/
sam faciem cedere coegit. ¶Vaccei cum a Sempronio
Gracco collatis signis urgerentur uniuersas copias cin/
xere plaustris quę impleuerat fortissimis uiris muliebri
uestę tectis Semproniū tanq; aduersus feminas audaci/
us ad obsidendos hostis consurgentem bi qui in plau/
stris erant aggressi fugauerunt. ¶Eumenes Sardianus
ex successoribus Alexandri in castello quodam clausis
qui exercere equos non poterant certis quotidie horis/
ita suspendebat ut posterioribus pedibus innixi/priori/
bus alleuatis dū naturalem assistendi appetunt cōsuetu/
dinem ad sudorem undiq; crura iactarēt. ¶Marcus Ca
to pollicentibus Barbaris duces itinerū/ & insuper presi
diū si magna summa eis promitteretur. non dubitauit
polliceri. quia aut uictoribus ex spoliis hostilibus dare
licebat aut interfectis soluebatur promissio. ¶Quintus
Sempronius post infaustam aduersus Penos dimicatio
nem qua collegam Marcelluꝝ amiserat cum comperis
set potitum anulo interfecti Hannibalem litteras circa
municipia totius Italię dimisit ne crederent eplis siquę
marcelli anulo obsignate perferrent. Monitōe cōsecutꝰ
ut Salapia et alie urbes frustra bānibalis dolis tēptarent

¶Post Cannensem cladem percussis/ita Romanorum
animis ut pars magna relliquiaruꝝ nobilissimis auctori
bus deserendę Italię iniret cōsilium:Publius Scipio ad/
olescens admodum impetu facto in eo ipso in quo ta/
lia agitabantur cetu pronuntiauit manu se sua interfec/
turum nisi qui iurasset non esse sibi mentem destituen/
de reipublicę. Cumq; ipse primus religione tali se obli
gasset stricto gladio mortem uni ex proximis minatus
nisi acciperet sacramentum. Ille metuens cęteros etiam
exemplo coegit ad iurandum. ¶Volscorum castra cū
prope a uirgulis siluaq; posita esset / Camillus ea omnia
quę exceptum ignez usq; in uallum perferre poterat in/
cendit & sic aduersarios exuit castris. ¶Perses bello so
ciali eodem mōppe cū copiis omnibus interceptus est
¶Metellus in Hispania castra moturus cum in agmine
milites continerent se intra castra Hermocrates deten/
tos eos postero die babilioribus iam suis tradidit bellū
q; confecit. ¶Melciades cū ingentem Persarum multi
tudinē apud Maratonē fudisset Athenienses circa gra/
tulationem morantes compulit ut festinarent ad opem
urbi ferendam quam classis Persarum petebat. Cumq;
percurrissent implessentq; menia armatis Perse rati in/
gentem esse numerū Athenienſium/et alio milite apud
Maratonem pugnatum/alio pro muris suis opponi cir
cumactis extemplo nauibus Asiam repetierunt. ¶Pisi/
stratus Athenienſis cum excepisset Megarensium clas/
sem quam illi ad eleum noctu applicuerant ut operatas
cereris sacro feminas Athenienſium raperent:magnaq;
edita cede eoruꝝ/ultus esset suos / eademq; quę cepat na/
uigia Athenienſi milite compleuit/quibusdam matro/
naꝝ habitu captiuorum in cōspectu locatis. Qua facie
decepti magarenses tanq; suis & cum successu renauigā
tibus effusi inermesq; rursus oppressi sunt. ¶Conō dux

Athenienſium uicta claſſe Perſarum apud inſulam Cy/
pron milites ſuos captiuis armis induit· & eiſdem Bar/
barorum nauibus ad hoſtem nauigauit in pamphyli/
am apud flumen Euſmedoniam · Perſe quia & naui/
gia & habitum ſuperſtantium agnoſcerent nil caue/
runt·Subito itaq; oppreſſi eodem die & nauali & pede
ſtri prelio uicti ſunt :·

FINIS :·

Impreſſum Rome p Venerabilem uirum Magiſtrū
Eucharium Silber:alias Franck Anno·M·cccc·lxxxvii
die vero prima Iunii·

Registrum·

Primum uacat
De ſeditione·

Secutus eſt
Merentur·

Ductus
Quietis·

Clearchus
Caſtellum·

Vt militibus
Merentur·

Paterentur
Cladi quanq;·

Aeliani de instruendis aciebus opus ad Diuum Hadrianum: a Theodoro Thessalonicēse latinum factum & Antonio Panormitę Alphonsi Regis pręceptori dicatum :.

Prefatio.

Scientiam grecis acierum instruendarum solitam Diue Hadriane: quam ab Homeri usq; tempibus sumpsisse initium certum est: Litteris cōplures mandarunt auctores superiores: qui parum eam quam nos habere in rebus mathematicis credimur disciplinā tenuere: Quā ob rem pace omnium dixerim ita persuasus de hac eadem tractare scientia u olui ut posteros nostra potius q̄ illorum antiquorum pręcepta lecturos cōfiderem: tamen q̄ Romanam huiuscemodi rei facultatem ac peritiam ut uerum fatear ignorarem diu dubitaui an rem repetere in usum q̄ reuocare deberem. Iam lapsam desitam & forsan minime pręterea utilem ob eam doctrinam quam tui Romani inuenere. Sed cum ad diuum Neruam patrem tuum salutandi uisendiq; gratia/ formias uenissem dieq; nonnullos apud Frontinū uirum consularem insignem & rei militaris peritum diuerterem. Intellexi sane non minus studii ab eo ipso grecę impendi: q̄ Romane scientię militari/atq; ita negligendus pręterea quod de acierum instructōne more grecorum docerem nō censui: ratus scilicet nunq̄ apud Frontinum posse id studium seruari: nisi haud deterius eo genere ordinandi q̄ Romani exercent haberetur. Formam igitur operis quam notaueram quidem aliquando litteris sed nunq̄ edere ausus sum propter tuam summā peritiam & uirtutem qua facile omnes qui copiis unq̄ imperauerint antecel/

lis:modo perficiendam expoliendamq; repetii ea cum diligentia ut prę omnibus ueterum auctorū gręcorum operibus posset meo iudicio comprobari:Nam diluci dę quidem ordinateq; expositōnis ratione futurum ita affirmauerim ut qui opus hoc legant longe & plenius possint doceri & facilius q̄ ex iis quę antiquiores reli/ quęrunt:sed q̄ q̄ hoc ita est:tamen non sine pudore sum maq; retractōe mittet opus militare ad te poterā: Tam multorum magnorumq; bellorum magistrum atq; im peratorem.Haud enim fieri potest qui in hęc tenuiora uideantur si cum tuis conferri uolueris. At si ut peregri/ nam scientiam & rationum elegantiusculam quandam legeris commentationem credo non nihil capies dele/ ctationis:presertim si in his uel Alexandri Macedonis ingenium ac studiū militarem contempleris. Summas autem & ueluti capita eorum quę explicātur prępositi omnium:ut quando per tuas occupationes minus plu/ ra legere liceat/paucis quę liber continet intelligere pos ses & quę placuerit legere facile sine ulla iactura tempo ris inuenires.

p Rimus omniū quos nouerimus:poeta Ho/ merus acierum instruendarum scientiam te nuisse ac homines ea prędditos facultate pro basse laudauisseq; uidemus. Quale illud de Menesthęo carmen legimus. Nulla quidem huic simi lem mortalem protulit ętas..Ordine qui martis turmas equitemq; locaret. Et quidem de homerica disciplina armorum legimus opera Stratoclis:Hermię:& Fronti/ ni nostre ętatis uiri consularis: sed latius Aeneas genus id instruędi exposuit qui de tota quoq; re militari satis operum edidit:quę cyneam Thessalum redegisse in bre uitatem constat.Pyrrhus etiā epirota quemadmodum copię instrui deberent scripsit: & Alexander eius fili/ us:Clearchus.Itemq; Pausanias:Euāgelus: & Polybius Megalopolitanus:uir in uario litteraꝝ studio delectatus et Scipionis familiaris:Ad hęc Eupolemus atq; Iphicra tes.Posidonius stoicus etiam artem instruendarū acie/ rum scripsere:pluresq; alii aut prima quędā imbuendi erudimenta edidere: ut Bryon aut pleniores tractatus quos Topicos a denotatione locoꝝ inscripserunt/uerū enumerare omnes qui aliquid de re militari scriptuꝝ re liquerunt longum & supuacuum est omniū tamen opa legi:& quid de iis iudicem dicam:omnes fere ita mihi unanimiter scripsisse quasi docere hōies uellēt non igna ros sed satis eaꝝ rerum pitos quas explicare statuerent/ quod igitur nobis incōmodum cum primū rei huius/ cemodi disciplinā affectaremus occurrebat:ut neq; prę ceptores nostrę ętatis idoneos haberemus neq; satissa/ cere posse ueterū illa pręcepta putaremus: id pro uiri/ bus enitemur ne aliis eueniat:cōmittamus: quā ob rem quotiens minus sententiam nr̄am uerbis satis exprime/ re possumus adiumento utemur figuraꝝ descriptionis ut ipse conspectus usu intelligentię subueniat. Nusquā tn̄ antiquorum auctoꝝ uocabulis uti omittā: ut qui pri/ mus his nostris erudimentis imbuatur/nihil postea pe grinum sibi sonare arbitretur/cum illoꝝ opa audit:Cre do autem neminem fore qui nostra hac uia & rōne in/ stitutus non facile ueterū quoq; omnia possit opa intel/ ligere. Vtilem omniū maxime disciplinā hanc esse in/ telligi ex iis licet quę Plato pb̄us in eo ope quod edidit de legibus disserit.cretensiū.n. legum latorem ita leges cōdidisse affirmat tanq̄ hōies semp parati essent ad bel/ lum:atq; in procinctu dimicandi consisterēt: omnibus namq; inter se urbibus bellum geri qđ nō aliquo pręco ne aut feciali sed ab ipsa rerū natura indiceret. qđ cum

ita sit·Quę nam alia esse potest disciplina uel potior uel humanę uitę cōmodior q̄ hęc rei militaris:Initium ue/ro sumendum ab iis censeo quę absolute ad bellū atq; perfecte apparātur/quar duplices esse copias nouimus Aut terrestres·n·aut nauales· Terrestres quę terra prę/entur·Nauales quę mare aut fluuiis classe decertent·Sed de institutione nauales ordinis alias· Nunc quę ad ter/restrem ptinent expeditionem exponemus· Hominuz igitur quos ad bellum colligimus numerus ita constat ut partim bellatores sint : partim imbelles· Tantum ad usus necessarios bellatorz et ministeria accōmodati·Bel latores ii sunt qui ad decertandum instruuntur armisq; aduersarium inuadunt·Imbelles reliqui omnes baben/tur ut medici:ut tabernarii:ut serui:& cęteri qui exerci/tum ministerii causa sequantur·Bellatorz alii pedites alii uectores·Pedites qui pedibus in terra emittuntur·Vecto res qui aliquo ferantur uehiculo:quorum duplex est ge nus·Nam alii equis:alii elephantis uehuntur : quin eti/am qui equo utuntur seborsum in duas partes disting/uuntur:quippe qui aut in curribus constent aut equis ip sis insideant hę sunt uniuersi generis differentię·Mem/brum pedestre atq; equestre multiplex est: quod uero in elephantis & curribus uersari proposui nulla euariat differentia·Pedestris itaq; ordo in partes digeritur tres· Armatos·Velites·Peltatos·Armati grauissimis inter pe dites armis uti consueuerunt more Macedonum:& ob eam rem Grauis armaturę dicuntur ac nomen illud Ar mati speciale accipiunt·Nam scutum amplius & rotun dum gerunt:& hastam lōgiorem·Velites leuissime om nium armantur / quo Circa uel Expeditos nuncupari eosdem licuit:non loricam induūt : non ocrea muniun tur:non clypeum aut scutum graue gerere soliti sunt:sed telis tantuz utuntur aut sagictis:iaculis:lapide aut ex fun

da:aut ex manu:quo in genere Argili etiam telum po/nenduz est·Peltatis similis macedonicę illi armatura in usu est sed leuior·Nam & pelta scutum paruum leucq; est:& conti eorz longe sarissis sunt breuiores:deniq; ge/nus id armaturę locum inter uelites & armatos tenere apertum est·uidelicet grauius q̄ uelites:leuius q̄ armati: quam ob rem sunt cōplures qui eos cum uelitibus iun gant & utrosq; uocari uelint Leuem armaturam· Eque/stres copię quę a quadrigis se iungi & per turmas loca/ri debent·Modo armandi inter se distant· Pars enim ar mis tota obsepta est:& hinc cataphracti nomen sortita est·Pars nō tota armis integitur·Cataphractos igitur in telligi eos uolo:qui nō solus sua corpa sed etiā equos lo rica undiq; muniunt·Partis aūt non cataphracte alii ha stati habentur alii ferentarii· Hastati qui manus conse/runt & comminus hasta decertant/quorum alii scutum gerunt:& inde scutati dicuntur·Alii sine scuto hasta im pugnant qui nomine speciali Hastati uocantur·& Con tati·Ferentarii equites ii dicuntur qui eminus solent di/micare quorum alii iaculis alii arcu utuntur· Iaculantur quos Tarentinos uocamus·Arcu utūtur qui Equites sa/gictarii & a non nullis Scytbe etiam uocantur·Tarenti/norz duo sunt genera: Nam alii lōgius iaculantur et ob eā rem Equites iaculatores dicunt:& Tarentini speciali uocabulo·Alii cū semel aut bis iaculū miserint/ quo le/uiori utuntur:manus de cętero cū aduersario conserunt & comminus pugnare incipiunt:non secus q̄ quos basta/tos appellari rettulimus·Leues bos nōiari solitū est· Er/go Tarentinorz alii Tarentini nōie suo uocātur qui de longe iaculari consueuerunt·Alii Leues qui pugnam co minus subeūt·Exposui genera copiarz numero·viiii:ar matos:Peltatos:Velites:Eqtes bastatos: Eqtes iaclatores Eqtes sagictarios:Eqtes catafractos: Currus:Elephantos

Sed cum phalanx quęq; collegia prefecturas · ordines numerumq; idoneum contineat atq; etiam uerba sorti atur quę tum ad prȩcepta quotidiani exercitii tum ad prȩlium ipsum accommodentur de his singulis docea mus necesse est·Primum igitur in hac disciplina & prę cipuum est ut ex multitudine hominum quam fusam inordinatamq; acceperimus idoneos eligamus:& lo/ cis conuenientibus instruamus:hoc est decuriemus: & condecuriemus atq; ut numerum statuamus copiarū qui modice commodeq; ad belli ratiōem & usum sup peditet quippe cum & in itinere & in castris & in prȩli is ipsis instructum haberi exercitum sit per q̄utile· Iam sȩpius magnas copias īordinatas a paucis ordinatis mi/ litibus profligatas legimus· Quam ob rem Aeneas ita genus id disciplinę definit ut scientia sit bellice motōis· Polibius uero scientiam esse inquit qua homines mili/ tari ordini admittantur·decurientur condecurientur de niq; aptentur & erudiantur ad belli usum & rationem· Decuriare igitur est decurias instituere·Est autem decu ria numerus hominum qui a duce uno pone simplici subinde deductus serie cesset uel in octauum uel in duo decimum uel in decimumsextum·Numerus enim de/ curię uarie ad hunc modū a diuersis auctoribus datur uerum in re nobis proposita sexdecim describatur cuī hic numerus tuī ad phalangis longitudinē modice ha beat:Tum si usus aliquando exigat altitudinem uel duplicari·in·xxxii·& augeatur uel dimidiari ut in·viii·di/ minuatur nihil post positis expeditis militibus esse pos sit impedimento·Nam siue iaculentur siue funda aut ar cu utātur facile suo iactu altitudinem phalangis exupe rent·Optimus cuiusq; decurię p̄poni & ductor cęteroꝝ omniū esse debet qui & decurio & decanus & dux & primus & prȩstes nuncupatur· Vltimū decurię tergidu ctorem uocamus·Totam uero ip̄am decuriā ordinem uersum & decaniā nonnulli etiā enomotiā quasi aucto/ ratōem a sacram̄to militari appellāt· Sed·sunt qui eno/ motiam quartam esse decurie ptem asserāt Prȩfectūq; enomotarcham prȩponāt·Duas item enomotias dime riam quasi bipartiam uocāt: & principem Dimeritam ita ut semidecuriā dimeriam quoq; liceat uocitari & se midecurionem · Diomeritā qui secundus decurię est: nam qui ꝓxime decurionem postponitur subastes dici tur·qui uero hunc sequitur prȩstes·Item subastes qui pro ximus ab hoc p̄stite est:ac deinceps in hunc modū pre stes subastesq; locaī: ut ordo totus ex p̄stitibus & subastī tibus positis alternatim conficiaī· Vnde merito decuriā ita quoq; diffinūt ut uersus sit ex primis secundisq; pro uirtute institutis atq; uni decurioni obtempantibus·Cō decuriare est primę decurię secundā ita apponere ut la teri primi uersus decurionis decurio secundi uersus re/ spondeāt:& lateri subastitis primi decurionis subastes pri mus secūdę decurię ac deinceps ad hunc modū·Astes uero is dicitur qui ita appositus uiget uerbi gra decurio nis primę decurię astes·decurio secundę decurie est·et subastitis primę:subastes secundę/ itaq; deinceps quotiēs igitur post scdam decuriā tertia & quarta & reliquę de inceps adiiciuntur·Talis constructio condecuriatio di citur totaq; coaumentatio phalanx siue legio·Cuius lon gitudo prima decurionū ordinatio est quę & frons & facies & acies & iugum et os & duces et prȩstites et pri mi decuriarum uocari solita est·Quantū uero phalan/ gis pone frōtem ad tergi usq; ductores porrigitur id al titudo nominatur·Stare per directū in longum astites iugare dicitur·Stare per directū in latum prȩstites sub/ stitesq; uersare uocabulū accipit·Phalanx seborsum in primas summasq; ptes duas a fronte per totā sui altitu/

dinem secatur quaꝫ altera cornu dextrū & caput uocatur· Altera cornu leuum & pes dicitur qua autem longitudo ita secatur oris & umbilici nomine utimur:·

Post armatorum phalangem pone leuis locatur armatura· Eqtes uero ab hac loco tertio statuuntur: fieri tamen potest ut usus uel secus disponi interdum exigat quod in progressu operis explicabimus· Nunc quantus armatorum atq; equitum numerus esse debeat & quemadmodum singulos oporteat ordinari & ordines magna cum celeritate trāsforma/ri necessitate incūbente cōueniat: & quę nam disciplina mouendi de singulis ordinib9 bēatur/exponemus· Numerum statuere certum copiarum nulla probabili rōe possumus· Prout·n·rem suam quisq; plus minusue apparatus desiderare intelligit ita modum describet· Scien/dum tn eos numeros deligi oportere q ad ordinū transformatōem possint occurrere habiliores· Hoc est quotiens phalangis longitudinē augēr altitudinē diminuere: aut ecōtrario agere uoluerimus: quā ob rem genus numeri illud pbam9 qō subinde in ptes ęquas usq; in unitatez possit diuidi: unde auctores q de aciex instructiōe scripsere: magna ex pte phalangem grauis armaturę numero·xvi·milia·ccclxxxiiii· instituī censent oportere· Leuis armaturę sub duplo eius numeri· Itēq; huius sub duplo equitū phalangem describunt· Nam·xvi·milia·ccclxxxiiii·numerus dimidiari subinde usq; in unitatē pōt· Formę igitur descriptōisq; gr̄a hnnc ponimus numerum· Vnde fit ut qn decuria·xvi·hominibus cōsta/re proposuerimus· M·xxiiii· decurias cōficī necesse sit· Decurię in ordines digerunt quibus singulis uel nomē proprium inditū est/duę namq; decurie dilochiā uelut duplarem quandā decuriam: siue armaturā constituunt hōim·xxxii· cuius ordinis princeps dilochita: duplaris q̄dam decurio nūcupatur· Quatuor decurię thetrachiam: q̄druplarem dixerim decuriam faciunt hōim· lxiiii· cui preest thetrarcha quadruplaris decurio· Duę quadruplares ille: centuriā constituunt hōim· cxxviii· decuriaꝫ·viii·cuius prefectus centurio & a nō nullis ordinarius dicit· duę centurię manipulū reddunt decuriarum·xvi·hōim·cclvi·cui manipularius preest· sunt qui genus hoc ordinis·cclvi·Xenagiam a mercēnario militē uocent eiusq; principem xenagum· In hisce singulis cclvi·hōim manipulis hōies supordinarii·v· habentur Signifer: Tubicen: Minister: Preco: Tergidux Quadrā hre hunc ordinem formam certum est: longitudine ad xvi·altitudineq; ad totidem· Duo manipuli penthacosi archiam cohortem quingentariam componunt hōim· d·xii·centuriarū·xxxii·cuius princeps pentacosiarcha Tribunus minor· Duę cohortes quingentarie menarchiam·i·cohortem miliariam faciunt hōim·M·xxiiii· centuriaruz·lxiiii·cuius prefectus menarcha Tribunus maior· Duę millenarię meros hoc est ptem cōstituunt hōim·ii·milia·xlviii·cuius prefectum menarchā aperte quasi partarium dicimus decuriarum·cxxviii·genus hoc ordinis non nulli Telos nuncupauerūt: prefectūq; eius telarchum· Duę partes phalangarchiā phalangem simplarem consumant hominum·iiii·milia·xcvi·decuriarum·cclvi· cuius prefectus phalangarcha princeps phalangis simplaris dicitur· non nulli strategiam id est pretură hunc ordinem uocant: & strategum id est pretorem eius principem nominant· Duę simplares phalanges duplarem phalangem reddunt hominum·viii· milia·c·xcii·decuriaꝫ·d·xii· Sunt q ordinez hūc meros i·ptem appellari uelint q modo cornu et alā diximus nōiari· Duę duplares phalāges q̄druplarē phalangē co augmētāt decuriaꝫ·M·xxiiii·hōiz·xvi·M·cccl xxxiiii·

Sunt itaq; in tota phalãge siue legione cornua duo pha/
langes simplares quatuor: partes octo/cohortes miliarie
xvi·qngentarię·xxxii·manipuli·lxiiii·Cẽturię·cxxviii·
Centurię quadruplares·cclvi· Decurię duplares·d·xii·
Decurię·M·xxiiii· Optimus quisq; prętectorum pha/
langum simplarium in prima simplari: hoc est in de/
xtro cornu statuitur· secundus uirtute in secunda hoc
est in leuo cornu locatur· Tertius cum secũda in leuam
ponitur mediam uersus secturam·Quartus cum prima
in dextram hic etiam mediam uersus secturam quod
cum prima & quarta prętectos habeant·Primum uirtu
te & quartum: secunda aũt & tertia secũdum uirtutem
et tertium pares utiq; uirtute suoz principum constant
Nam si in quatuor magnitudinibus insunt proportio/
nes equales: quod a prima & quarta proueniat magnitu
dine id esse equale quod fit a secunda & tertia apertum
in disciplinis mathematicis est·



Prima igitur & quarta secundam & tertiam equiperant
Partium quoq; profecti ita ordinantur ut primus uirtu/
te in leuo primę phalangis simplaris statuatur Secun/
dus in dextro secundę· Tertius in leua tertie·

Quartus in dextro quartę in singulis etiam decuriis
quadruplaribus decuriones ita locantur ut primę decu
rię princeps uirtute excellat·Quartę ẽm uirtutis locum
obtineat·Tertię tertium·Secunde quartum·Ita enim uir
tute pares intra se constent cum prima primum et quar
tum uirtute habeat·Secunda autem secundum uirtute
& tertium·Item cum in singulis manipulis quatuor de/
cimę duplares contineantur· Hac eadem ratione uel in
his ipsis principes ordinemus: ut prime quadruplaris
Prętectus in leuo ponatur & uirtute cęteris sit pręstanti/
or·Quartę leuum teneat cornu & uirtute secundus ha/
beatur· Tertię in dextro constituatur & uirtute sit terti/
us·Secundę in leuo locetur quartus uirtutis ratiõe hanc
eandem proportionem siue comparationem uel in ma
ioribus prętecturis seruabimus·:·

Nihil deest·
Sequitur figura·

Vnc de interuallis quibus armati inter se distēt
n tum in longum tum in altum agemus. Differē/
tia triplex est interualli. Nam homo ordinatus
cubita quatuor occupat: Densatus duo: Cōstipatus unū
Densatio igitur est cū ex laxioribus arctiora reddimus
interualla atq; ita per astitem substitemq; corpus pha/
langis colligimus: & militem uniuersum facimus. tum
in longum tum in latum adductiorem. Verum ita ut re
cipere possit immutationem. Constipatio est quotiens
phalanx per astitem ac substitem arctius se se colligit
quam modo densari rettulimus / adeo ut frequentiam
militis nulla ul' dextrorsus uel sinistrorsus possit fieri de
clinatio. Densatur cum phalangem duci in hostes pla/
cet imperatori. Constipatur cum hosti agredienti resi/
stendū in robore est. Cū itaq; frōtem phalangis decuri
ones. M. xxiiii. compleant ii certe ordinati cubita. iiii.
milia. xcvi. longitudinis occupabunt. hoc est stadia. x.
& cubita. xcvi. Densati stadia quinq;. Cubita. xlviii. Cō
stipati stadia occupabunt. ii. & semis. & cubita. xxiiii.
Armabitur phalanx scuto & hasta. Scutum optimum
quod macedonicū ęneum mediocriter Cauum ad oc/
to dodrantum magnitudinem. Hasta nulla cubitis octo
breuior. longissima quę eatenus sumi potest quatenus
tenere miles & uti facile ualeat. Decuriones utpote du/
ce decuriarum phalangis optimos esse omnino conue
nit. ita & ut statura & uiribus corporis pręstantiores cę
teris sint: & rei militaris peritiores. Hoc enim iugum
phalangem continet uniuersam: & in usu pręcipuum
est. Vt. n. gladius pōdere sui ferri posterioris et mole aci
em efficatiorē pręstat. Idē in phalęge existimandū esse
ut pro acie ac oris cuiusdā robore ipe sit ordō decurio/
nū. Pōdus aūt et molē et magnitudinis additamentū af
ferat cōstituta in tergo militū multitudo. Curandū quo



ad fieri põt ut etiam iugum ſecundum milite cõſtet ido
neo. Nam eius quoq; ordinis iſta in frontem prominet
& adiuncta priori utilis ex propinquo eſt & uel deſide/
rato uel ſauciato decurione ſecundus ſe in parte priore
conſtituens ordinis incolumitatem ſeruabit. Tertium
item iugum & Quartum & reliqua deinceps pro uirtu
te inſtituemus ut q deterior ſit is ſubinde poſterior col
locetur. Macedonica phalanx expugnabilis & intole/
randa hoſtibus habita eſt genere ſuo inſtructiõis & or
dinis. Miles enim armatus uel in duobus cubitis ſtat
quotiens denſari iminens prelium poſtulat. Sariſſe lon
gitudo ad cubita. xiiii. quorum duo manus anferunt re
liqua. xii. prominent. Itaq; fit ut ſecundi ſuas ſariſſas ſu/
perarmatos iugi prioris prominentes ad decem cubita
habeant tertii ad octo. quarti ad ſex. quinti ad quatuor.
ſexti ad duo. Ab his nulla item ſariſſa primũ ſuperat iu
gum. Quod tum per ſingulos iugi primi ſariſſe quinq;
aut ſex promineant ſpecies formidoloſa exiſtat conſen
taneũ eſt. Miles item firmus ac robuſtus cõſtat quinq;
ſexq; ſariſſis obſectus: & tot tantiſq; fultus innixuſq; fa/
cultatibus cõmilitonum. Quin etiam qui poſt ſextum
poſiti ſint iugum & ſi minus ſariſſis agunt. Tamen pon
dere ſui corporis prominentes augent uires totius pha/
langis & facultatem nec fugiendi ullam ducibus & pre
ſtitibus relinquunt occaſionem. non nulli haſtam poſte
rioris militis longiorẽ /q̃ prioris ſumi iccirco uoluerũt
ut etiam qui in tertio & quarto iugo locati eſſent: ſpicu
lis ſuis pari fronte hoſtem poſſent excipere. Tergidux
ſuperordinarius ſingulorum ordinũ prudens perituſq;
eſſe debet: qui prouideat & procuret / quemadmodum
milites ordinis totius uerſent inter ſe ſe atq; iugent: & re
cedentes uel metu uel aliqua alia cauſa prohibeat: & re/
ſtitui cogat in ordinem atq; etiam cum conſtipandum
ſit compellat militem cogatq; ſi uſus exigit in arctum q̃
maxime adduci. Ita enim fit ut uires & robur phalanx
accipiat. Quas ob res non modo in fronte uerum etiaꝫ
in tergo legionis principem et ducem aliqueꝫ ſtatui ne
ceſſarium ducimus. Hec de curatione armatorum pha
langis dixiſſe ſufficiat. Nunc de uelite. Inſtruet impera/
tor ſuum uelitem pro paratu ex conſilio hoſtium: mo/
do in fronte: modo in dextra: modo in leua: non nunq̃
etiam in tergo: uidelicet quemadmodum res uſuſq; exi
git. Nos exempli gratia ſic inſtruimus:

d Ecurias quoq; in ordine uelitum ſtatuemus. M
xxiiii. uidelicet totidem quot phalanx cõtinet
armatorum: ut ſub prima armatorum decuria
prima uelitum ordinetur: & ſub ſecundam ſecunda &
deinceps ſub ſingulis ſingule conſtituantur. non tamen
ex. xvi. hominibus has inſtituemus ſed ex. viii. ita aut
M. xxiiii. decurie compleant hominum. viii. milia. cxc
ii. Nomina eorum & ordines ita accipe. Quatuor decu
rias uelitum ſiſtaſim id eſt conſtitutiõem uocamus ho
minum. xxxii. Duas conſtitutõnes pentbecontbarchiã
ſemi centuriam dixerim hominum. lxiiii. Duas ſemi/
centurias centuriã hominũ. cxxviii. Ineſſe ſingulis cen
turiis debent ſubordinari. quinq; : Signifer : Tergidux:
Tubicen: Miniſter: Preco. Duas centurias pſilagiam a
ducentis uelitibus quaſi uelitariam uel expeditariam no
minamus hominum. cclxvi. Duas uelitarias xenagiam
a mercennario milite uelut mercennariam dicimus ho
minum. d. xii. Duas mercennarias ſiſtema tanq̃ conſti/
tutoriam appellamus hominum. Mxxiiii. Duas conſti
tutorias epixenegiam cui admercennariam hominum
ii. milia. xlviii. Duas admercennarias ſtipbus hominũ
iiii. milia. xcvi. Duę ſtipbę epitagma uelut additam le/
gionem decuriarum. M. xxiiii. hõim: viii. milia. cxcii.

in bis quoq; superordinarios .viii. in esse solitū est :quo/
rū .iiii. Epixenagi hoc est duces siue principes Admer
narie illius habentur reliqui Sistematharchę preficiunt
principes seu prefecti eius quam constitutoriam inter/
pretamur. Iaculatores sagictarii & omnes qui aliquo teli
genere utant utiles ad eā rem esse constat ut pręliū ex/
ordiātur: hostem prouocent: feriant: saucient eminus &
prosternant. Fundant aciem: repellant equitem: cogant
aduersarium procursantem loco cedere: explorent: per
lustrent quę loca suspecta: locēt insidias: bi deniq; & pri
mum certamen subeunt & una cum cęteris pugnant. &
q̄q̄ cęteri desierunt ipsi perseuerant in dimicatione. om
nino genus hoc militum cum operam pręstet celerio/
rem agatq; eminus multa efficere potest & pręclara.

De Acie Equestri.

Quitū acies auctores supiores aut q̄dratas/aut par
te altera longiores aut Rhombi cuneiue gerentes
spēm tradidere. Sed nemo suā fere satis exp̄ssit sentētiā.
Quam ob rem nos descriptione etiam figurarum for/
mas explicabimus :acierum ipsas : quo possint facilius
percipi. Aciebus ad Rhombi similitudinem formatis
thessalos primos usos comperimus qui plurimū equi/
tatu ualuerunt. Iasone ut ferunt auctore generis huius
aciei utpote ad omnis usus accommodatioris. equites
enim constituti in hac forma uertere se se in quemuis
prospectum possunt : minimeq; uel a tergo uel a latere
capientur. Quippe tum pręstantiores Rhombi latera
teneant & principes angulos regant : Stat enim in prio
re angulo turmę ipsius Prępfectus: in dextro autem & si/
nistro qui custodes uocātur lateris statuūtur: In reliquo
uero angulo Ducem: seu ductorem tergi locari solitum
est.

Rhombus.



Vneatis scythe utuntur & thraces: Quin etiam
macedones usi sunt suadente rege Philyppo. Ef
ficatius enim genus id arbitratum est q̄ quadra
tum: ob eam scilicet rem qui suos principes circumpo
sitos habeant: & fronte exigua cōstet & equitādi usum
per quodlibet interuallum falcalem prebeat regressum
& progressum celeriorem. Quippe q̄ minus difficiles
illos circuitus habeat quos quadrate acies sortiuntur.

Phalanx. Cuneata.



seruare multis in rebus prestantius. Nam & instructio quoniam peruersus ac iuga ordinetur: occurrit facilior & principes in hoc uno formandi genere hostem uni/uersi aggrediuntur. Optime inter quadratas habentur que duplici in longum q̄ in altum numero constent. Ex empli gratia. viii. in longum: quatuor in altum. aut. x. in longum. v. in altum. que numero parte altera longiores consistunt: figura autem seu forma quadre instituuntur Et enim longitudo equi a capite ad caudā respectu sue latitudinis plures eas habere debet qui per iuga ordinentur q̄ eos qui in uersus se porrigant. Non nulli triplicem esse longitudinis numerum ad altitudinis probant: scilicet ita arbitrantes fore ut quadra forma efficiatur. Triplicem enim prope modum longitudinem habere ad suorum armorum latitudinem uidemus. Qua propter cum nouem in fronte statuant/tres in latum componūt Haud enim fieri potest ut equitum multitudo posterio rum eandem prestet utilitatem q̄ in pedestribus copiis ubi scilicet pone renitentes primorem continent altitudinem. Equitum nanq; omnium numerus corpus pon dusq; unum cōsistit. Itaq; fit ut si posteriores prioribus iuncti renitantur nihil suo impulsu proficiant. Immo una cum aliis labantur & perturbatis ordinibus grauius suo errore q̄ uirtute hostium uersentur necesse sit. Quā ob rem ita euenit ut quotiens equestris longitudinis numerus eque & altitudinis constet numerus ipse quadratus sit. Forma autem altitudinis parte altera longior. At quotiens turme forma quadrata est econtrario euenit ut eqtum numerus parte altera longior existat.

Phalanx Quadrata.

Hombi formam omnium maxime necessari/
r am uenisse in usum creditur: eo q̄ pre ceteris omnibus constituto prefecto turme eqtes qui in lateribus ordinantur non ex equo suo illi Prefecto iugent sed ita subiiciātur ut eorum capita iuxta armos equi prefecti apponant. Interuallisq; inter sese iustis eqtes tum dextri tum leui tum etiam posteriores discer/nantur: ne frequentia turbet ordinem cū equi immitiores in proximos sibi equos conuersi calcitrent & militibus uulnera infligant. Auctores autem huius generis aut ita disponunt ut equites & uersent & iugent: aut ita ut uersent equidem sed non iugent: aut ita ut iugent sed non uersent. Que singula quemadmodum se habeant dicam. Qui Rhombos simul & uersare & iugare uoluerunt medium & maximū iugum turme numero impari statuunt: ut. xi. aut. xiii. aut. xv. cui ex parte utraq; priore inq̄ posterioreq; adiungunt binario pri/mis illis pauciores: uerbi gratia si maximū illud iugū equitib9 cōstet. xv. addita iuga utrinq; denis aut ternis cōponunt & que item posthec utrinq; adiungūt denis singulisq; cōficiunt/atq; ita binario subinde pauciores adiiciunt dū singuli relinquant totaq; turma eqtibus cōsumet. cxiii.



Hombum dimidiatum & iam transformatuꝫ
r in triquetrum: Cuneum seu rostrum uocamus
Quapropter cunei quoq; forma perinde expli
cata iam est quod aciei genus cum suum medium exi
ens in acutum & motum facile quorsum uelit sortiatur
expedite admodum uel molem posteriorem sua cum
fronte circumagit & celeriter potest immutari.

Lii ita instruxere ut equites qui rhombum con
a ficerent neq; uersarēt neq; iugarent. Ita enim &
conuersiones & transitiones equitum posse faci
lius fieri existimarunt cum non ante non pone non a la
tere quicq̄ impediret. Statuūt primū prefectum turmę
mox ad eius utrūq; latus adiungunt singulos loco sub/
missiore: ut quod dictum iam est capita iunctoꝝ equo/
rum iuxta armos prępositi equi ordinentur. Et primus
ordo qui duo latera rhombi contineat numero impari
xi. equitibus constet prefecto medio cōstituto. Quinis
autem in utranq; partem suppositis. Deinde iugi princi
pem post turmę totius prefectū collocant. Tum in eius
partem utranq; simili ratione quaternos subiiciunt ut
totus secundi ordinis numerus nouenarius sit binario
minor priore & quasi duo eque distantia latera duobus
illis rhombi lateribus primis constituantur. Mox tertiū
septenario describunt: atq; ita subinde binario diminu
entes in unum usq; deueniunt. Et hęc turma equitibus
constat. xxxvi. Hoc genere Polybius utitur: sed

numero hominum. lxiiii. & forma littere deorsum in
uersę:





Vnt quę ex uersantibus quidem sed non pręte
s rea ex iugantibus constent quę ad hunc modū
constituuntur. Versu aliquot equitibus institu/
to quorum primus prefectus sit turmę. Vltimus autem
tergiductor in eius latus utrūq; uersus alios numero ho
minum unitate minores disponens: qua eques per inter
iecta interualla distat ab equite. Quod si in primo decē
sint equites uterq; appositus nouenis cōstabit et tertii oc
tenis/atq; ita numerus subinde decrescet/dum in unum
deueniat: sic enim fieri potest ut equites inter se uersent
quidem sed non iugent. Vtile genus quoq; id disponen
di est ad declinationes quas agi in utrumlibet latus soli/
tum est.

Turma ex uersantibus.



a Si turma ex iugãtibus quidem sed nõ ex uersantibus consistere debeat in hunc modum dispones medium & maximum iugum numero constitues impari. Cętera autem subinde per media interualla adiunges quemadmodum in superiore turma proposui atq; ita efficietur ut turma ex iugantibus tantum consistat.

Turma ex iugantibus.



t Vrmas uario modo ut etiam leuem armaturaz statuimus aut enim ante phalangem aut in latere aut post leuem armaturã: sed nos describendi exempli gratia post leuem locauimus. Et prima equitibus constet. lxiiii. cuius primum iugum equites compleant. xv. secundum. xiii. tertium. xi. & reliqua subinde binario usq; in unum decrescant. Signum is feret qui in secundo iugo a leua principi iugi astat. Omnes turme numero. lxiiii. statuẽtur equites. iiii. milia. xcvi. Duę turmę Epilarchiam hoc est turmam duplarem constituũt equitum. cxxviii. Duę duplares Tarentinam reddunt equitum. cc. lvi. Duę Tarentinę magisterium equitum d. xii. Duo magisteria Ephipparchiam duplare magisterium equitum. M. xxiiii. Duplicatum duplare magisterium telos equitum. ii. milia. xlviii. Duplicatum telos Epitagma id est summã ordinis siue agminis facit equitum. iiii. milia. xcvi. Explicate iam sunt uarię sentẽtię ueterum quemadmodum turmę instruantur/ sed quoniã in his magnam differentiam esse constat/non sine delectu uti debemus: sed quotidianis exercitiis sępius experiri genera instruẽdi singula. Itaq; secure in preliis quod facilius cõmodiusq; probetur admittere officium est. Quid enim stultius q̃ cum minimis de rebus bõies diligenter inqrant: ambigant: perscrutẽtur de his tam amplis taz necessariis nõ ante periculũ facere accuratissime uelint q̃ certamina subeant. Quod tñ genus turmę probaueris id licet & augere numero bõim & minuere.

d Ecurruum & elephantorum institutione quã q̃ usus eorũ rarus est.: tamen doctrinę gratia plerioris exponam nomina quibus auctores superiores usos cõperio duos currus zigarchiam idem parilem uocant. Duas pariles coniugationem. Duas coniugatões episizigarchiam. Duplarem cõiugatiõem duas

duplares harmatarchiam curulem. Duplicatã curulem cornu. Duplicatum cornu: phalãgem. Pluribus uti phalangibus curruum licet uocabulis iisdem quę modo exposui. Curribus aũt ipsis aut ex peditis aut falcatis usos comperimus in ordine elephantorum qui uni pręest elephãto. zoarchus ab animalis pręfectura uocatus est qui duobus imperat. Therarchus a fera quasi ferarius & constitutio talis therarchia feraria. Qui quatuor dominatur epitherarchus duplaris ferario: & hęc constitutio epitherarchia: duplaris feraria. Qui octo pręfectus est ilarcha hoc est turmę princeps: & cõstitutio ista ilarchia turmę pręfectura. Qui sexdecim pręest elephãtarcha id est elephantoꝝ pręfectus: & cõstitutio elephãtarchia prefectura elephantoꝝ qui triginta duobus imperat cerartarcha. i. cornu pręfectus & constitutio cerartarchia cornu pręfectura. Quod autem ex. lxiiii. cõstat id phalangem uocamus elephantorum cuius pręfectus Elephantarcha uocatus est.

g Enera perfectarum copiaꝝ & nomina constitutionum & ordinum exercitus omnia in hunc modum notata animaduertimus. Vocabula de cętero quę in pręceptis uersantur explicasse utile est: ut iam pridem milites quid quodq; significet certiores facile quę per aciem imperantur intelligere possint & facere. Est quod declinatio appelletur cuius duplex est genus aut enim in hastam aut in scutum. Immutationem item dicimus & conuersionem & reuersionem & inflexionem. Ad hęc uersare iugare reddere in arrectũ/euoluere duplicare. Addo inductionem dextram deductionem. leuam deductionem. Phalangem trãsuersam/phalangem arrectam. phalangem obliquam. Intercalationem: prępositionem: impositionem: suppositionem: postpositionem: appositionem. Quid quod eoruꝝ significet breuiter exponam. Nec ignoro non apud omnes auctores pręcepta eisdem esse nominibus tradita. Declinatio est motio militum singulorum / cum uel in hastam: hoc est dextrorsum sese conuertunt: uel in scutum: hoc est sinistrorsum. Quod cõmode agitur quotiens hostes existũt a latere cornu utiq; superandi aut ad uersi itineris gratia: aut ob aliquem usum aliũ quemadmodum singulis in rebus ostendam. Duplicata autem declinatio partem uersus eandem ora militis in hostilem a tergo conatum transfert. Quę res immutatio dicit & uel in hastam uel in scutum fieri solita est.

d d

p p

d Iscrimen duplex notatur immutationis: Aut. n. ab hostibus aut in hostes immutantur. Quam ob rem immutationem ita definiunt ut prioris aspectus translatio sit in aspectum posteriorem: hoc est tergi aut ecõtrario. Immutatio igitur ab hoste bis in hastam milite declinante efficitur. In hostem autem bis declinante in scutum fieri assolet. Conuersio est cõdensatis copiis per astitem substitemq; totum phalangis corpus tanquam hominem unum uel in hastam uertimus uel in scutum. Ita ut circa primum decurionem uelut centrum omnes circumagantur atq; in locum priorem immutant ita aspectum dextrum accipiant singulis substitibus & astitibus loca seruantibus suo hoc modo.



Euersio est conuersionis restitutio in eundem
r locum quem ante copię densa instructione op
tinebant q̄ conuersio fieret. Inflexio est militū
ex duabus conuersionibus motio ita ut locum accipi/
piant posteriorem.



Eflexio est militum ex tribus conuersionibus
d motio ita ut si ad hastam agantur trāseant in le/
uum aspectum: si ad scutum in dextrum.



Ersare est singulos sua indecuria e directo decu
v rioni & tergiductori cōstare æqua inter se se cō/
seruantes interualla. Iugare est singulos sua in de
curia e directo suo astiti stare seruantes simili modo in
terualla. Iugant ergo prefecto primę decurię omnes
decuriarum prefecti. Astiti uero primi prefecti astitis
cęterorum omnium principum ac deinceps ad hunc
modum. Reddere in arrectum est militis ora ad pri/
mum aspectuz restituere: Verbi gratia si miles aduersus
hostes constitutus imperetur declinare in hastam. De/
inde pręcipiatur in arrectum restitui rursus in hostem
conuerti aduersumq; stare oportebit. Euolutionū duo
sunt genera alterū per decurias alterū per iuga. Vtrūq;
in tres digeritur species. Macedonicam: La conicam:
Choreum: quę & Persica: & Cretensis nominatur. Ma/
cedonica est quę primorem phalangis locum cōmutat
& frontem in tergum aspectumq; posteriorem tradunt
Laconica est quę locum phalangis posteriorem com/
mutat & pari ratione relicto primore aspectu sumit po

ſteriorem tergūq; efficit frontem · Perſica illa quam & Cretenſem & Choreum diximus nūcupari locum eun dem ſeruat phalangis militibus ſingulis commutanti/ busſua loca ita ut pręfectus decurię locum tergiducto/ ris accipiat & tergiductori uicem preſtet decurionis fronſq; ex tergo aſpectu poſteriori reddatur· Euolutio/ nes per iuga fieri ſolent quotiens cornua tranſferri ad interciſa ſiue ſecturas:& interciſa ad cornua melius eſt ut medię copiarum partes corroborentur:& aut dextrę per leuas:aut leue per dextras reddātur ualidiores·Qui ne per maiores exercitus partes faciant euolutiones ca/ uent hoſte propinquo·Per minores ordines eas ſecuri/ us faciunt·Quemadmodum autem euolui opporteat/ dicam· Euolutio per uerſum quę nomen a macedone accipit fieri ſolet cum decurio locum immutat & poſt poſiti omnes conuerſi de haſta ſequuntur· Interualliſq; biſdem ſeruatis conſiſtunt per ordinem·Genus laconi/ cum agitur cum decurio immutatus de haſta uniuer/ ſam decuriam tranſfert & locum ſibi parem alium acci pit & reliqui omnes ſectantes recto ſe conſtituunt ordi/ ne & aptant:aut cum tergiductore immutant · Primus ſubſiſtens cōuerſus de haſta ante ductorem ſe collocat: cęteriq; omnes ſectantes alter ſe ſe prę altero ponit do/ nec prefectus decurię primus conſtituatur·Choreus ita fit ut decurio de haſta mutatus decuriam antecedat & cęteri omnes ſequantur·Dum ipſe pręfectus locum ter/ giductoris accipiat & tergiductor pręfecti ita per decu rias euolui ſolitū eſt·Quo eodem more per iuga quoq; euoluimus quotiens per ordinem euoluendū ſit/ ut qui libet ordo aut locum ſeruans eundem euoluat aut dex/ trorſum ſiniſtrorſumue tranſeat · Nihilo enim ſecus q̄ modo rettulimus agi oportebit· Duplicandi duo ſunt genera ·Aut enim per iuga : aut per altum duplicamus·

Vtrunq; uel numero fit uel loco·Numero duplicabitur longitudo ſiquę·M·xxiiii·militibus cōſtat·M·M·xlviii reddatur inſertis & ſubſtitibus altitudinis in militum in terualla eodem quem longitudo occupat loco · Quod facimus quotiens denſare longitudinem placet· At ubi reſtituer̄ placuit euoluere ſua in loca iubemus eos quos inſeruimus longitudini · Sed ſunt qui genus hoc dupli/ candi improbent pręſertim hoſte propinquo·Expedi/ taſq; copias atq; etiam equites cornibus iungi·Itaq; ſpe/ ciem dari duplicationis ſine duplicandi acceſſione cen ſeant· Duplicanda eſt longitudo quotiens aut ſuperare cornu hoſtium uolumus aut ne noſtrum ſuperetur ca/ uemus· Altitudinęz duplicare ſolemus uel addita ſecun da decuria primę ita ut ſecundę pręfectus pone primę pręfectum ꝓximus collocetur ſecundus ſecundę quar tus primę conſtituatur & tertius ſecundę: ſextus primę ordinetur ac deinceps ad hunc modum ut tota ſecun/ da decuria primę inſeratur & quartę ſimili ratione in tertiam:& omnes numeio pares decurię in impares:uel bis eiſdem decuriis paribus per euolutionem adiunctis tergo imparium· Aut igitur ita duplicanda eſt altitudo aut numero eodem ſeruato milites ſe ſe longius porri/ gent q̄tenus ſui uerſum & ſpaciū altitudinis duplicent Cū aūt reſtitui opportuerit aut interiectos adiunctoſue tergo milites illos in ſuas decurias reuocabimus aut ſpa cia coartabim9 queq; iteruallo auximus laxiore·

Ranſuerſa eſt phalanx quę longitudine multo t ꝓductiore conſtat q̄ altitudine·Arrecta eſt quę per cornu ꝓgredit longe ꝓductiore altitudine conſtans q̄ longitudine omninoq; plus longitudinis q̄ altitudinis bēat:oblongū id conſueuimus nōiare·Arre/ ctū uero e directo ꝙ plus altitudinis q̄ lōgitudinis bēat quo circa phalangē quoq; interpretari licet bis eiſdem

nominibus. Obliqua est quę alterum cornu quod libu/
erit propinquum obiiciens hostibus eoq; decertans al/
terum semotius teneat manens aggrediendi opportuni
tatem. Intercalatio est cum interuallis prępositi militis
inserimus per directum aliquos ex his quos postponi
placuerat. Prępositio est cum uel ex utraq; parte aciei
uel ex altera tantum fronti proponimus aliquos ratio/
ne auxilii. Impositio est cum leuem armaturam inter/
uallis alternatim phalangis totius inserimus. Postposi
tio seu subiectio est cum leuem armaturam phalangi
incuruę postponimus. Ita ut forma omnium copiarum
portę triplicis speciem pręferat

Equitur ut quemadmodum ordines conuerti
ex suo loco suęq; instructioni restitui debent
doceamus. Cum itaq; ordines conuerti in ha/
stam assuescere uolumus pręcipitur decuriaꝫ dextri ex/
tremi quiescere. Cęteras omnes per singulos declinare
in hastam dextrorsumq; procedere. Tum reddere in ar
rectum. Deinde iuga posteriora colligere atq; ita densa
to milite conuerti in hastam. Quo facto si restitui suum
in locum placuerit uidebimur immutari ad scutū: hoc
est quēcunq; in locum uergere auersum tum ordinem
totum reuerti: hoc est quemadmodum milite obdensa
to conuersus spectauit dextrorsum: ita totum transferri
in locum unde cōuerti inceperat. Mox decuriones qui
escant reliqui procedant per iuga. Deinde immutentur
ut uergant quorsum principio spectabant tum decuria
dextri extremi quiescat. Hęc enim suum iam obtinet
locum. Relique omnes ad scutum declinent & proce/
dentes restituantur. Ad postremum sursum pręcipitur.
Itaq; suum quisq; recipit locum & seruat. At si conuerte
re ordinem ad scutum uelimus pręcipitur decuriam le
ui extremi quiescere reliquos omnes declinare in scu

tum sinistrorsumq; procedere tum reddere in arrectum
Deinde iuga posteriora colligere/mox ad scutum con/
uerti ut iam actum sit quod uoluerimus hinc si restitue
re placet: non secus q̄ illos in hastam conuersos restitu
emus. Quippe qui rursus quenq; in hastam immutari
pręcipiamus. Deinde ordinem reuerti mox decuriones
quiescere & reliquos omnes procedere per iuga / tum
immutari postmodum decuriam leui extremi quiesce
re/utpote suum iam locum obtinentem reliquas decli/
nantes in hastam procedere dum iusta recipiant inter/
ualla ad postremū reddere in arrectum atq; ita omnes
suum locum recipient. Si autem inflectere ad hastam
placuerit duas simul conuersiones ordinis faciemus.
Itaq; efficietur ut decuriones a prospectu aduerso in ad
uersum per ordines immutationem transeant. At cum
restituere uolumus pręcipitur item ad hastam inflecte
re: hoc est duas item conuersiones ibidem ordinibus da
re. Ita enim fit ut eodem spectent decuriones quorsum
principio constituti spectabant anteq̄ ulla inflexio fie/
ret. Hęc cum fecerimus decuriones quiescere precipie
mus: reliquos immutatos iuga relaxare posteriora/tum
rursus mutari & ordinis postremam decuriam dextraꝫ
quiescere. Iam enim hęc suum in locum restituta est re
liquos declinare in scutum procedere & suis interuallis
restitui mox reddere in arrectum. Itaq; ordines primū
suumq; locum recipient. Sed si inflectere ad scutum ue
limus pręceptis utemur contrariis: hoc est bis inflecti
in scutum quo facto restitutionem agemus: quod ex
his quę modo exposui apertum iam est. Deflexio agi/
tur cum ordinem ter partem uersus eandem conuerti/
mus: hoc est aut in hastam aut in scutū. Facit porro in/
flexio in hastam ut militum ora transferantur a parte
primore ad posteriorem. Deflexio autem facit ut a pri/

more uel ad leuam deueniant uel ad dextram: nam si ad hastam deflectitur in leuam transfertur: si ad scutū in dextram. Si phalāgem densari cornu uersus dextrū placuerit precipiemus decuriam cornu dextri quiescere reliquas autem declinari in hastam atq; in dextram colligere. Tum reddere in arrectum & iuga posteriora colligere. Cum autem restituere libet quiescere decuriones reliquos immutari & iuga relaxare posteriora. Deinde rursus mutari mox decuriam cornu dextri quiescere. Iam enim restitutum in dextro est/reliqui ad scutum declinare suosq; duces sequantur & primis interuallis receptis reddant in arrectum. Si autem cornu uersus sinistrum densari phalangem libuerit preceptis ecōtrario utemur. Mediam item phalangem si densari placuerit precipiemus dextram duplarem phalangem declinare ad scutum: leuam ad hastā. tum procedere mediam uersus phalangem mox omnes reddere in arrectum: iugaq; posteriora colligere. At si phalangem primis instituēr locis uelimus precipitur immutari & per iuga procedere: excepto primo tum omnes rursus mutari: & dextram duplarem phalangem declinare in hastam: leuam autem in scutum. Mox lectari suos ductores donec ad prima deueniāt interualla. Deinde reddere in arrectum sed quotiens immutatur si per densationem agitur erecta teneri spicula omnia ne impediant conuenit. Iis eisdem exercitiis ac preceptis leuis quoq; armatura instituenda erudiendaq; est. Sunt certe precepta hęc Immutationum: Conuersionum: Inflexio/

num: Euolutionum: & Restitutionum utilia/ ad subitos hostium superuentus quos uel a latere uel a fronte intulerint. Macedonicam euolutionem Macedones inuenisse proditum est. Laconicam ad Lacedemonios referunt auctores quocirca ita nuncupari meruerunt. Philippum tamen qui Macedonū imperium auxit & grecis apud Choroniam profligatis Grecię imperauit/ac eius filium Alexandrum qui breui Asiam in suam ditionem redegit: Macedonicam neglexisse euolutionem legimus: ut nisi summa utendi necessitas cogeret nunquam uterentur. Laconice usu utrunq; aduersarios deuicisse ferunt. Datur enim Macedonicę uicio quod hoste repente a tergo superueniente non sine magna turbatione ageretur. Nam cum posteriores conuerterent se se in locum priorem & rem haud quaquam fugę dissimilem facerēt hostes audaciores reddebantur & iam milites qui ita euoluissent deterrere ac persequi poterāt Laconica certe contrario agit. Vbi enim duces una cum sequente milite uerterunt se se obuios in hostem a tergo superuenientem terrorem inferre nimirum possunt & turbationem. Sed assuefaciendę sunt copię/tam pedestres quam equestres/ partim uoce/: partim signis quę nisu percipi ualeant/ut rem apteac oportune quam quisq; exigat usus possint expedire. Nonnulla etiam tuba precipi conuenit. Ita enim plenius omnia ministrabuntur. Certiora sunt ea quę uoce indicantur: nisi quid sit impedimento: sed tranquilliora quę signis mandentur uidelicet cum res nulla est quę obstet atq; obscuret.

Vox autem percipi interdū non poteſt: aut propter ar
morum ſonitum aut propter equorum trāſitum & hin/
nitum:aut propter impedimentorum tumultum: & to/
tius multitudinis ſtrepitum.Signa quoq; multis rationi
bus obliterari poſſunt ac euaneſcere: nam & craſſitudi/
ne aeris:& puluere excito:& hymbre:& ſolis ſplendore
oppoſito. Ad hęc locorum inęqualitate & frequentia
arborum.Adde ꝙ interdum fieri non poteſt:ut ſignum
ad unūquenq; uſum pręparemus:cum longe plura poſ
ſint occurrere q̄ quibus aſſuefacti ſint milites.Nouis au/
tem'rebus quid nam conſueti ſigni afferatur. Non ta/
men concidi ita poteſt ut pręceptum ſimul & uocis &
ſigni incertum ſit.

De itineribus.

Vnc de itineribus dicam ſi ante quot modis ex
n pediri ſolet iter diffiniam.Itinerum aliud arre/
cta inductio eſt:aliud deductio aut dextra aut
leua:& aut ſimplici aut duplici latere aut triplici aut qua
druplici agminis procedetur.Simplici cū ex parte una
aduerſarium agreſſurum ſuſpicamur: duplici cum ex
duabus:triplici cum ex tribus:quadruplici cum undiq;
Vnde fit ut iter aut ſimplici phalange agatur: aut dupli
ci:aut triplici:aut quadruplici. Arrecta inductō eſt cum
ordo ordinem ſequitur.Verbi gratia: cum uel Xenagia
pręcedente:relique ſequuntur Xenagię: uel quadrupla/
rem decuriam relique ordinatim ſectantur.Itemq; agi/
tur per cornu altitudine longe productiore q̄ longitudi
ne nec pluribus q̄ duabus decuriis hōibus denis com/
poſitis conſtet ordo.Huic opponitur genus aciei:quod
Celemboſum quaſi roſtrū cauum nominamus / quod
ita inſtruitur ut duplicatę phalāgis prędecedentia cornua
inter ſe diſtent ſequenti iungantur ad formam littere.V
ſicut deſcriptio oſtēdit.Quę ut primos diſiectos ita iun

ctos inter ſe habet ultimos. Cum enim arrecta illa indu
ctio medium aduerſariorum petat.habet id cauum ro/
ſtrum in promptu ut ſoluta coniunctione extremorum
impetum copiarū primarum fruſtet: lateraq; iuadat
arrectę inductionis inimici. Quin etiam triplex pha/
lāx obiici huic eidē generi ita poteſt ut una alterius cor
nu impugnet.ſecunda reliquum cornu agrediatur me/
dia & tertia impetum maneat & conflictum.

Arrecta inductio.



Eductio eſt cum phalanx ſuos duces: hoc eſt
d decuriones aut parte dextera habet deducētes
quę dextra deductio dicitur: aut leua que de/
ductio leua nuncupatur/non item per decuriam ſed per
iuga ambulās cornu prępoſito & latere inſtructa aut du
plici aut triplici aut etiam quadruplici prout hoſtez exi
ſtimet aggreſſurum.Sed quaſi utraq; phalāgis pars ſuo
latere conflictum ineat primum/ita deſcribatur ut lon/
gitudinem triplicem q̄ altitudinem habeat.Frons enim
x.altitudo tribus conſtat hominibus.Quā ob rem mi/
les non tantum ex directo uerum etiam ex latere aggreſ
ſus conflictum tum excipere tum inferre nimirm per
exercitationem debet condiſcere.

Arrecta deductio sęua.



Arrecta deductio dextra.



Halāx quę antistomus a duplici frōtis seu oris
p obiectu quasi occeps uocata est. Ita instruitur ut
medii tergis inter sese oppositis cōstent. Extre/
mi aūt confligant cum aduersariis. Perutilis hęc pede/
stribus copiis est: cum aduersus largā hostiū equestrę
copiam dimicant/melius enim resistunt circūuentioni
& multiplici equitum inuasioni. Valet hoc instruendi
genus potissimū contra barbaros: qui loca bistro amni
uicina incolunt: quos amphippos cognominant a mu/
tatione equorum: ex aliis enim equis in alios transilire
consueuerunt. Equestres quę opponuntur copię forma
constantes quadrata in ordines duos parte altera longi/
ores pro usus necessitate diuise sunt/ut totidē membris
phalangi peditum bipartite obiiciantur.

Phalanx Occeps.



Halanx amphistomus nomen a duplici fron/
p te siue ore in lateribus instituto acceperat ita ut
latericeps quędam & anceps posset nominari
Similis supiori occipiti est preterq̄ qp illa luis extremis
decertat hęc suis lateribus dimicat. Cętera uero quę de
supiore exposui huic quoqꝫ conueniunt: omnia hastis
longioribus tam hęc q̄ superior illa pugnat more Ala/
norum & Sauromatarum Spectat decuriarum dimidi
um in partem priorem reliqui conuersi sunt in posteri/
ores ita ut dimidiati mi ites oppositis inter se tergis prę
lientur fronte duplici: altera priore quā decuriones con
ficiant: altera posteriore quam tergiductores: cum etiaꝫ
in duplarem phalangem copię diuidi possunt. ut frons
prior altera constituat phalāge posterior altera cōstet.

Phalanx Anceps.



Phalanx duplaris Antistomus: hoc est occeps
p nuncupatur quę suos duces non extra per de/
ductiones sed intus aduersos inter se positos
hēat. Tergi autem ductores extra uidelicet in dextram
leuamq; deductionem distinctos. Forma hęc instrui so
let quotiens aduersarii equites forma rostri agrediūtur
Cum enim rostrū exeat in mucronem/ ducesq; sequen
tes de latere habeat: tentantesq; frontem copiarum pe/
destrium rumpere ne id eueniat duces peditum in me
dio stant ut impetum aduersariorum uel impediāt uel
re infecta faciant prętterire. Qui enim rostro instructi
agrediuntur ea spe sunt ut medios aciei profligant om/
nesq; turbent copias. Quod cum principes copiarum
pedestrium intelligant. Vtraq; ex parte sese ueluti murū
constituant. & paulo inter se distantes uergentesq; ad lo
cum penitiorem impetum irritum reddunt aduersario
rum. Genus id instruendi equestre quod rostrum dici
mus. Philippum regem Macedonum inuenisse scribi/
tur. pręponere ille strenuos omnes solebat ut eorum uir
tute miles quoq; deterior contineretur: opusq; una cum
pręstantioribus prosequeretur more spiculi aut ensis cu
ius acie pro sua soliditate suoq; acumine facile trāsigen
te reliquum etiam ferrum q̄ q̄ hebes non sine efficacia
penetraret.

Phalanx duplaris Occeps.



Rostrum equestre.

Phalanx duplaris Periſtomus seu Amphisto/
p mus id est latericeps siue anceps. illa est cuius
partes per deductionem cornu prępositio obli/
que procedāt & dextra habeat leua tergiductores intus
Cum enim aduersa acies quadra diuidat se in duo obli
qua cornua dextrum & sinistrum cupiens aciem hosti
um similem circumuenire: hac de causa: qui circūuen/
tum sibi uident imminentem in duplicem mobilem
phalangem sese afformant & partem sui alteram in le/
uum dirigunt cornu: alteram uertunt in dextrum. Vnde
nomen Periſtomi: hoc est latericipitis genus id accipit
Quippe quod latere suo utroq; frontem spectantem in
hostem habeat.

Phalanx duplaris latericeps.

Phalanx duplaris latericeps.



Amphistomus.



Similiceps

Halanx homeostomus a similitudine oris seu
p frontis nominata quam similicipitem appella/
rim ita fit:ut decuriam perfectam: hoc est ho/
minũ·xvi·mouentem in hostem sequatur alia similis:
unde Homeostomus dicta est. Nam & qui sequuntur
simili fronte & forma comitantur. Oppon itur hęc ge/
neri aciei quod plinthium a latere uocant quem si pla/

cet Laterulum dices. Ordinatur id genus tam forma q̃
numero equilaterum. Forma inquam cum undiq; equa
libus constet spaciis. Numero autem quot hominibus
longitudo componatur totidem etiam altitudo. In hoc
eodem ordinis genere omni ex latere armatos apponi
solitũ est nullo uel sagictario uel funditore adiũcto. Cõ
ficitur hic laterulus ex duabus dimeriis decurię nanq;
dimidium dimeriam dicimus. Cum enim decuria sex
constare hominibus debeat: Dimeria octo constat Bi/
partia id interpretetur si placet quoad melius uocabulũ
inuenerimus.

Phalanx similiceps.

p p p p p p p p p p
p p p p p p p p p p
Frons

p p p p p p p p p p
p p p p p p p p p p
Frons

d d d d d d d
d d d d d d d p p
d d d d d d d p p
o o o o o p p
o o o o o p p
o o o o o p p
p p p p p p p
Laterulus.

Halanx duplaris homeostomus est cum par/
p tes equali progredientes itinere aut in dextra
deductione ambe continent suos duces aut in
leua.

Duplaris semiliceps.

d d d d d d
d d d d d d
d d d d d d
d d d d d d
d d d d d d
d d d d d d
d d d d d d

Halanx Heterostomus a frontis diuersitate ap
p pellata quam Versicipiccm dixerim ita instrui
tur ut ambulans per inductionem duces ordi/
nis precedentis habeat ut sit in dextra deductõe sequen
tes autem in leua: ita ut ordines alternata principum lo
catione procedant. Nullus enim eodem latere suos con
tinet principes quo antecedens.

Phalanx Versiceps.

d d d d
d d d d
d d d d
d d d d
d d d d
d d d d
d d d d
d d d d
d d d d
d d d d
d d d d
d d d d

Vrmam quę ad speciem oui instruitur Ileon
t thessalus excogitarat unde ile uocata est suosq;
thessalos eo ipse genere instruẽdi exercuit. Vti/

le hoc est cũ singulis suis angulis singulos habeat prin/
cipes. Primum Ilarchum hoc est turmę prefectum. Vl/
timum tergiductorem. Vtrinq; autem lateris custodes.
Opponitur huic acies quę forma lunę cornibus in par
tem ductis priorem formetur Ducesq; suis in cornibus
habeat & suis brachiis circumuenire aduersus equitum
copias tentet. Quam ob rem ille more Tarentinorum
a longe iaculantur circularem retorquentes accessum et
turbantes. Tarentinos iaculatores appello sicut inter ini
tia operis dictũ est a tarento calabrię oppido cuius equi
tes paruo quodam iaculo uti consueuerunt.

Turma ad oui speciem.



Acies Lunaris.

Vrma parte altera lõgior duplici altitudine cõ
l stat q̃ lõgitudine. Vtilis hęc multifariã est quip
pe quę possit decipe aduersarios quasi paucos

contineat milites quoniam non multum latitudinis oc/
cupet & rumpere facile pro sua densitate & impetu aci
em aduersam. Apta etiam est ut sensim per locorum an
gustias transeat. Opponitur ei pedestris acies quę trans
uersa phalanx uocata est. porrigit enim se longius ut eti
am si interrumpatur exigua sit quę rumpitur altitudo &
equitum impetus non in multitudine hereat sed in ua/
cuum breui efferatur. Hęc enim causa est cum multipli
cem ad suam altitudinem habeat longitudinem.

Turma parte y y y altera longior.

y y y
y y y
y y y
y y y
y y y
y y y
y y y
y y y

Frons

d d d d d d d d d d d d
d d d d d d d d d d d d

Phalanx transuersa

St & altera turma oui similitudinem gerens de
e qua nihil amplius dici potest q̄ ita esse compo
sitam ut uerset quidem sed nō iuget. Nam eius
usum commoditatemq; superius exposuimus. Ergo ge
nus id inuentum ab Ieone thessalo mandatum post ex
ercitatiōi ab Iasone medeę marito. Tutū etiam & percō
modum esse cum undiq; custodiatur decurione: tergi/
ductore: custodibus lateris apertum iam est. Cōstat hec
turma ex equitibus sagictariis more armatiorū & par/
thorum. Opponitur ei acies pedestris quę Epicampius
emprosthia dicitur id est inflexa Antica ob eam rem

quia ductis cornibus in partem priorem in sinum se cir
cumagit. Flexumq; imitatur. Fraudem hęc in sagictari
os equites ita emolitur ut uel egressos & cominus dimi
cantes suo complectatur sinu & circumueniat uel corni
bus suis perturbet illorum robur & frangat atq; ita me/
dio milite alacriore possit euincere.

Turma ad Oui speciem.



d d d d y d d d d
d d d d Frons d d d d
d d d d d d d d d d d d
d d d d d d d d d d d d
d d d d d d d d d d d d
d d d d d d d d d d d d
d d d d d d d d d d d d

Phalanx inflexa Antica

c Vm etiam genus habetur phalangis quę Epi/
campius opisthia dicit ecōtrario q̄ supior infor
mata. Cū. n. illa ante se flectat hęc sua cornua in

partem ducens posteriorem. Itaq; ut illa Antica sic hęc Postica nominetur. Vtilis ea quoq; ad fraudez est. quippe quę parte media patens paucos qui prędant ostendat: multos autem qui pone subsequantur habeat ut si conflictum tolerarint superarintq; satis sit/sin minus facile ad utranq; suorum partem recurrere. Iungiq; maiori ordini ualeant. Quę autem contra id genus opponitur Incurua ob id appellata est. quoniam in portionem flectitur orbis. Studet hic suas copias paruas esse ostendere frontis incuruę ratione. Quippe cum omnia quę in orbem globumue formantur parua suo quidem ambitu esse uideantur quanq̄ si explicentur in duplum se porrigunt quod liquidum in columnis est quę cum in orbem se colligant undecunq; aspiciantur dimidiū sui tantum patere patiuntur reliquum penitus occultat. Est autem optimum instruendi artificium ut plus inferas aduersariis copiarum q̄ primo aspectu ostendas.

Inflexa postica.



Phalanx incurua.

Questris phalanx quadrata & si forma seu figura quadra instruitur tamē nō numero quoq; aptatur quadro. Haud enim in quadratis numerum certo modo describimus Sed licet etiam duplicez ad altitudinem reddere longitudinem: uidelicet pro usu imperatoris. Perse potissimum forma hac usi sunt & siculi & grecorum complures cum & facilem esse instructum animaduerterent & usum cōmodiorem. Opponitur ei phalanx pedestris quod rostrum uocamus ita instructa ut latera omnia armatis cōposita habeat. Translata hęc forma ab equestribus rostris est. Verum in ordine equestri unus in monte primore satis sit. At in pedestri nō unus occursioni hostiū sufficit sed tres propugnent necesse est. Sic Epaminundas Thebanus Imperator cum apud leuctra aduersus Lacedemonios decertaret: constipatis in rostrum copiis ingentem exercitum profligauit. Effici genus instruendi hoc solet quotiens duplaris antistomus hoc est anceps illa sua cornua priora coniungit. Posteriora seiūgit ad formam littere V deorsum inuersę. Λ.

Phalanx quadrata equestris.

Rostrum pedestre

Genus quod Plesium parte altera longius appellamus multiplici longitudine q̄ altitudine constare & omni ex latere armatis componi sagictariis ac funditoribus constitutis in medio solitum est. Qui contra eiusmodi formam preliantur. Genus phalangis quam implexam uocamus obiiciunt ut suę formę inęqualitate prouocent plesium aduersum impetū facere in eos qui prominent atq; ita resoluere densam plesii instructōem. Et quidem decuriones implexe phalangis duces aduersos obseruant ut si densa acie illi agāt ipsi quoq; densa excipiant. Sin illi resoluantur ipsi etiam diuisi occurrant.

Nihil deest.

Plesium.



Phalanx Implexa.



p Halangis circumueutio est cum cornu utrunq; ſuperat aduerſarios hoc eſt excedit & quaſi cō plectitur.



Circumuentio phalangis.

a Lterius cornu circumuentio eſt cum altero cornu hoſtem ſupamus: Vnde fit ut q ſua phalange ſuperat idem etiam cornu ſuperet aduerſarium: qui autem cornu ſuperat non preterea idem phalãge ſuperet. Fieri enim poteſt ut etiam pauciorĩbus copiis hoſtem ſuperes tuo cornu & complectaris.



Circumuentio alterius cornu.

e Xtenuatio eſt cum altitudo phalangis contrahitur ut ex. xvi. quibus conſtat hominibus redigatur in pauciores.

i Mpedimenta haberi in primis neceſſarium eſt & ducem iis conſtituere probũ conuenit. Modis quinq; poſſunt duci impedimenta. Aut .n. prçcedant copias omnes aut ſequentur: aut in alterutro latere cõſtituentur: aut in medio copiarum claudentur Ponentur ante phalangem ſi hoſtilem agrum ingrediere ris Poſt phalangem ſi latera metuis. Intra phalangem ſi planum agmen placuerit ducere.

p Oſtremo p̃cepta repetamus colligamuſq; omnia acierum inſtruendarum ſi prius admonuerimus breuiter quicquid prçcipi uſus exigat id et breue eſſe et omni ambiguitate carere oportere. Non enim ſolum celeritate eſt opus uerum & claritate uocabuli ne alii hocalii illud & plerumq; contrarium faciãt Verbi gra ſi dixeris: declina: uerbo hoc audito poſſunt

alii declinare in hastam alii in scutum quę res non paꝝ inferret perturbationis. Cum itaq; generis ac totius loco habeatur uocabulum illud: declina: Adiungere debemus ad hastam/aut ad scutum: pro ut res exigit: & quidam ante ut pars toti anteponatur hoc modo. Ad hastam declina ita enim omnes idem sine errore facient. Item immuta aut euolue generis pręfert communitatem: Quā ob rem partem siue speciem pręponemus ut in hastā immutare. Sic itaq; pręcipiemus laconicam euolue macedonicam euolue choreum euolue: Nam si euolue laconicam dixeris: aut euolue macedonicā eueniet ut diuersę euoluendi agātur species. Hac igitur ratione cauendum est ne quid ambigue ne quid obscure incerteq; pręcipiatur & ut species suis anteponat̃ generibus seruandum omnino est. Iuuat porro ad eam rem plurimum silentium militū. Quo circa silendum in primis actendendumq; imperabis quod Homerus quoq; poeta preclare illis carminibus notat.

Sic argiua phalanx in prelia densa moueri
Assidue pariterq; suos dux quisq; regebat
Imperitans alii mox festinare silentes
Dixeris: haud tantas gentes sub pectore uocem
Condere: conspecti metuentes principis ora.

Barbarorum contra tumultum & turbam pecori ita comparat.

Ac ueluti innumerę domini locupletis in aula
Ad mulctram coguntur oues balatibus ille
Perculsę carę sobolis uoce omnia replent
Sic troum audiri per campos undiq; clamor

Et alibi eadem de re ita refert.

Tum phriges ingenti strepitu & clamore feruntur
More gruum passis liquido super aere pennis
Quę postq̃ gelidas hyemes hymbremq; niualem
Fugere oceani repetunt clangoribus undas.
Ast animos taciti spirantes ire pelasgi
Alter in auxilium alterius properare parati.

a ge ad arma: assiste ad arma: impedimēta a phalange secedant. Miles attendat pręceptis: suscipe recipe: dista: erige spiculum: uersa iuga: respice pręcedentem: suam decuriam dirigat tergiductor: Constituta interualla cōserua: ad hastam declina: collige: ita consiste. In arrectum redde: ad scutum declina: collige: ita consiste. Ad hastā immutare: collige. Ita cōsiste. Altitudinem duplica: restitue: laconicā euolue: restitue: macedonicam euolue. Restitue choreum euolue. Restitue ad hastam: conuerte. Restitue ad hastam: inflecte. Restitue. Hęc de aciebus iustruendis habui quę breuiter ad te scriberem imperator tibi uictoriam hostibus profligationem allatura. Vale.

Finis Aeliani.

Impressum Romę per Venerabilem uirum Magistrū Eucharium Silber: alias Franck. Anno domini Millesimoquadringentesimo octogesimo septimo. Quinto decimo Kal. Martii.

Registrum.

Primum uacat
Copię instrui.

Tum sinistrorsumq;

Sit compellat
Rhombi formam.

Phalanx
Le hoc est.

MODESTI LIBELLVS DE VOCABVLIS REI MILITARIS AD TACITVM AVGVSTVM :·

REs militaris in tris diuiditur partes: equites: pedites: & classes. Equitum alas dicũt eo ꝙ ad similitudinem alarũ/ab utraq; parte protegant acies/quę Vexillatões uocantur/ a Velo/quia uelis/hoc est flammulis utantur. Est & aliud genus equitum qui Legionarii uocantur / propterea ꝙ connexe sint legioni. Verum ipsi pedites: in duas diuisi sunt partes hoc est in legiones et in auxilia. Auxilia a sociis uel fęderatis gentibus mittebantur. Legio autez ab eligendo appellata est/quod uocabulum eorum deside rat fidem atq; diligentiam qui milites probant. Produ/cendi uero Tyrones sunt semper ad cãpum/& fm ma/triculę ordinem in aciem dirigendi / ita ut primo sim/plex & extensa sit acies / ne quos sinus/ne quas habeat curuationes/sed ęquali legitimoq; spatio miles distet a milite/ & pręcipiendum ut subito duplicent aciem / ita ut in ipso impetu/is ad quem respondere solet ordo seruetur. Tertio pręcipiẽdum/ut quadratam aciem repente cõstituant: Quo facto in Tyronium quem cuneum uocant/acies ipsa uertenda est/quę ordinatio plurimũ prodesse consueuit in bello. Auxiliares cum ducuntur ad pręlium/ex diuersis locis & ex diuersis moribus uenientes nec disciplina inter se/nec noticia/nec affectiõe consentiunt/& alia instituta/& alius inter eos est usus armorum. Necesse est autem tarde ad uictoriam peruenire/qui discrepant/anteq; dimicent. Legionibus semper auxilia tanq; leuis armatura in acie iugebantur/ ut in iis pręliandi magis adminiculum esset/ q; principale subsidium. In omnibus auctoribus inuenitur singulos consules aduersum hostes copiosissimos nõ amplius q; binas

duxisse legiones/additis auxiliis sociorum/tanta in illis
erat exercitatio/tanta fiducia/ubi cuiuis bello duę legio
nes crederentur sufficere posse. Sciendum est enim in
una legione/decem cohortes esse debere. sed prima co
hors reliquas & numero militum & dignitate pręcedit
Nam genere atq; institutione litterarum uiros electissi/
mos quęrit. Hęc enim suscipit Aquilam/quę pręcipuũ
signum in Romano est semper exercitu/& totius legio
nis insigne: Imagines Imperatorũ: has enim imagines
tanq̃ diuina & presentia signa singuli uenerantur. Habet
pedites mille.c.v. Eqtes loricatos.cxxxii. & appellatur
cohors miliaria: hęc caput est legionis. Ab hac.n.cum
cum pugnandum est/prima acies incipit ordinari. Se/
cunda cohors habet pedites.d.lx.Equites.lxvi.& appel
latur Cohors Quingentaria. Tertia cohors similiter ha
bet pedites.d.lx.Equites.lxvi.sed in hac cohorte tertia
ualidiores & ꝓbati milites/qui in media acie consistant
Cohors quarta habet pedites.d.lv.Equites.lxvi.Cohors
quinta habet pedites.d.lv.Equites.lxvi. Sed quinta co/
hors strenuos desinerat milites. quia sicut prima in de/
xtro/ita quinta in sinistro ponitur cornu. Hę quinq; co
hortes in prima acie ordinãtur. Sexta cohors habet pe
dites.d.lv.Equites.lxvi.In prima quoq; nucleati ascribẽ
di sunt iuniores. qa in secũda acie post aquilã & imagi
nes cohors sexta cõsistit. Cohors septima habꝫ pedites
d.lv.Equites.lxvi.Cohors octaua habet pedites.d.lv.Eq
tes.lxvi.sed & ipsa animosos desiderat uiros. quia in se/
cunda acie cõsistit in medio. Cohors nona habet pedi
tes.d.lv.Equites.lxvi.Cohors decima habet pedites. d.
lv.Equites.lxvi.& ipsa bonos cõsueuit accipe bellatores
quia sicut in scd̃a acie sexta dextꝝ. ita decima sinistrum
possidet cornu. Iis decẽ cohortib9 legio plena fundatur
quę hꝫ pedites.vi.milia.cv.Eqtes.dcc.xxvi. Minor itaq;
numerus armatoꝝ in unaquaq; legione esse non debet.
Maior aũt consueuit esse: & non tm̃ unã cohortem sed

etiã alias miliarias si fuerit iussa suscipe Tribunus maior
per epl'am sacram Impatoris iudicio destinatur. Minor
tribunus ꝓuenit ex labore tribun9. Tribunus aũt uocat̃
ex tribu qa pręest militibus quos ex tribu primus Ro/
mulus legit. Ordinarii dicũtur qui in pręlio primos or/
dines ducunt. Aquiliferi qui Aqlam portant. Imagina/
rii qui Impatoris imagines ferunt. Optiones ab optan/
do appellati/ꝙ ante cedentibus ęgritudine preditis/ hi
tanq̃ adoptati/cũ eoꝝ uicario solent uniuersa curare. Sig
niferi qui signa portant/quos nunc Draconarios uocãt.
Tesserarii qui tesseras per contubernia militũ nuntiãt.
Tessera aũt dicitur pręceptũ ducis quo uel ad aliquod
opus uel ad bellũ mouetur exercitus. Torquarii dupla/
res/Torquarii simplares qbus torquis aureus solius uir/
tutis pręmiũ fuit/quem qui meruisset pręter laudem in
terdũ duplaꝫ cõsequebatur annonã. Item primus hasta
tus duas centurias idest.cc.hõines ducebat in acie scd̃a
quẽ nũc ducentariũ uocãt. Princeps aũt primę cohor/
tis Centurio semis hoc est.cl.hõies gubernat. Sic deceꝫ
centuriis regebant̃: qbus magnę utilitates/et magnus ho
nor a ueteribus est cõstitutus: ut cęteri milites ex tota le
gione oĩ labore ac deuotõe cõtenderent ad tanta p̃mia
ꝑuenire. Erãt ẽt centuriones q singulas cẽturias curabãt
q nunc cẽtenarii nõiantur. Erãt Decani.x.militibus prę
positi/q nunc caput cõtubernii uocant̃. Scd̃a cohors hꝫ
centuriones.v. Sil'iter tertia & quarta usq; ad decimã co
hortẽ. In tota aũt legione erãt centuriones.lxvi. Sed lega
ti Imp. ex cõsulibus ad exercitus mittebant̃/qbus legio/
nes & auxilia uniuersa obtꝑabant in ordinatõe pacis ul'
necessitate belloꝝ: in quoꝝ locum illustres uiros cõstat
mgr̃os militum substitutos/a qbus nõ tm̃ binę legiones
sed ẽt plures numero gubernant̃. Propri9 aũt iudex erat
p̃fectus legiõis hn̄s comitiuã p̃mi ordĩs dignitatẽ/q ab
sẽte legato/tanq̃ uicari9 ipsius ptãteꝫ maximã retinebat

Tribuni uel Centuriones cęteriq; milites eius pręcepta
ſeruabant uigiliarum ſiue profeſſionis. Teſſeras ab eo/
dem petebāt. Si miles crimen aliquod admiſiſſet aucto
ritate Prefecti legionis a Tribuno deputatur ad poenā.
Arma omnium militū/ item equi ueſtes & annona ad
curam ipſius pertinebant. Diſciplina ſeueritas exercitus
non ſolum peditum ſed & equitum legionariorum prę
cepto eius quotidie curabatur. Primū ſignum totius le/
gionis eſt Aquila/quam Aquilifer portat. Dracones eti
am per ſingulas cohortes a Draconariis ferūtur ad prę/
lium. Sed antiqui qui ſciebant in acie commiſſo bello
celeriter ordines acieſq; turbari atq; confundi/et ne hoc
poſſet accidere/cohortes in centurias diuiſerunt. & ſin/
gulis Cēturiis ſingula uexilla cōſtituerunt/ ita ut ex qua
coborte uel quota eſſet Centuria in illo uexilio litteris
eſſet aſcriptum: qō intuentes uel legentes milites in quē/
uis tumultum a contubernalibus ſuis oberrare non poſ
ſent. Centuriones inſuper qui nunc Centurii uocantur/
nimium bellicoſas loricas/tranſuerſis caſſidum criſtis/
ut a ſuis facilius noſcerentur/habebāt/quiq; ſingulas gu
bernare iuſſerunt cateruas/ut nullus exiſteret error. Cū
cuncti milites ſequerentur non ſolum Vexillum ſuum/
ſed etiam Centurionem/qui ſignum habebat in galea.
Rurſus ipſę centurię in cōtubernia diuiſę ſunt/ut decez
militibus ſub uno papilione degentibus unus quaſi prę
eſſet decanus/qui caput Contubernii nominatur. Con/
tuberniū autem Manipulus uocabatur/ab eo q̄ coniun
ctis manibus pariter dimicabant. Quemadmodum in/
ter pedites Centuria uel Manipulus appellatur/ ita inter
eqtes Turma dicitur: & habet una Turma eqtes. xxxii.
Huic qui pręeſt/Decurio nōiatur. Pedites qui decez de
cadibus Centurię prerant/ab uno Centurione ſub uno
uexillo gubernantur. Similiter. xxxii. equites ab uno de

curione ſub uno uexillo reguntur. Pręterea centurio eli
gēdus eſt. qui ſit magnis uiribus & procera ſtatura/ qui
haſtas uel miſſilia pariter iaculetur & fortiter. Similiter
eligendus eſt Decurio qui turmę equitū pręponitur/in
ꝑmis habili corpe/ut loricatus & armis circūdatus/om
nibus/cū ſumma admiratōe equū poſſit aſcendere/eq/
tare fortiſſime/conto ſciēter uti/ſagictas doctiſſime mit
tere/turmales ſuos/id eſt ſub cura ſua eqtes poſitos eru/
dire ad omnia quę equeſtris pugna depoſcit. Nunc q̄li/
ter inſtruēda ſit acies ſi pugna immineat/declaratur uni
us legionis exemplo/q̄ ſi uſus exegerit/tranſferri poſſit
ad plures. Equites locantur in cornibus. Acies peditum
a prima coborte incipit ordinari: u cornu dextro: huic
cohors ſecunda coniungitur. Tertia cohors in media
acie collocatur: huic annectitur quarta. Quinta uero co
hors ſiniſtrum ſuſcipit coruu/ſed ante ſigna/& circa ſig
na/necnon etiam in prima acie dimicātes principes uo
cabant/hoc eſt ordinarii. Cęteriq; principales/hęc erat
grauis armatura/quę hēbat caſſides/Cataphractas/ ocre
as in cruribus/ſcuta/gladios maiores quos ſpathas uo/
cant & alios minores quos ſemiſpathas nominant: plū/
batas quinas poſitas in ſcutis/quas primo impetu iaci/
unt. Item bina miſſilia unū maius/ferro triangulo unci/
rum neuem/haſtili pedū quinq; ſemis/quod pilum uo
cabant: nunc ſpiculum dicitur/ad cuius iactum exerce/
bantur pręcipue milites/quod arte & uirtute directū &
et ſcutatos pedites et loricatos equites ſepe tranſuerberat
Aliud minus/ferro unciaz quinq;/haſtili trium pedu
ſemis/quod tunc uerriculum nūc uerutum dicitur. pri/
ma acies principum/ſecunda haſtatorum armis talibus
dicetur inſtructa: Sed in ſecunda acie dextro cornu co/
hors ſexta ponebatur/cui iungebatur ſeptima. Octaua
cohors mediam aciem tenebat/nona comitante. Deci/

ma cohors in ſecunda acie ſemper obtinet cornu. Inſtru
ctionis uero lex eſt/ut in primo ordine exercitati/& ue
teres milites collocentur/quos antea principes uocabāt
In ſecundo ordine circūdati cataphractis/& optimi mi
lites cū ſpiculis uel lanceis ordinētur/quos probatatos
uocabant. Inter ordinem a tergo uallatū ſex pedes diſta
re uoluerunt/ut haberent pugnantes ſpatium accedēdi
atq; recedendi: Vehementius enim cum ſaltu curſuq; te
la mittūtur. In his duobus ordinibus ętate maturi & uſu
confidentes/& muniti grauioribus armis collocantur.
Hi .n. ad uicem muri nec cędere/nec ſequi aliū debent
& turbentur ordines/ſed aduerſarios uehementes exci/
pere/& ſtando/pugnandoq; repellere uel fugare. Tertí/
us ordo diſponitur de armatis uelociſſimis: de ſagictari
is iuuenibus/de bonis iaculatoribus/quos antea ferenta
rios nōiabant. Quartus aūt ordo conſtituitur de ſcuta/
tis expeditiſſimis: de ſagictariis iuniorib9/de iis qui ala
criter ſe agūt uerutis uel martiobarbulis/ quas plūbatas
nōiant/qui dicebantur leuis armaturę. Sciendū eſt ergo
ſtantibus primis ordinibus/tertiū & quartum ordinem
ad prouocandū cum miſſilibus & ſagictis primo loco
ſemp exire: qui ſi hoſtes in fugam uertere poterunt/ipſi
cū equitibus perſequuntur. Si uero ab hoſtibus pulſi fu
erint/redeunt ad primā & ſecundam aciem/ & inter ip/
ſas recipiunt ſe ad loca ſua. Prima aūt et ſecūda acies cū
ad biſperas id eſt ſpathas & pila ut dicitur uentum fue
rit/totum ſuſtinent bellum. In quinta acie ponebātur ba
liſtarii/funditores/tragularii/fuſtibulatores qui fuſtiba/
lis lapides iaciūt. Fuſtibalus eſt lōgus pedibus quatuor
cui per medium ligatur funda de corio/& utraq; manu
impulſus/prope ad inſtar onagri dirigit ſaxa. Sextus or
do poſt omnes a firmiſſimis & ſcutatis & omni genere
armorum munitis bellatores tenebantur/ quos antiqui
Triarios appellabant. Hi ut requieti & integri acrius in
uaderent hoſtes/poſt ultimas acies ſedere conſueuerant
Sed ſiquid in primis ordinibus accidiſſet / de eorum
uiribus reparationis ſpes tota pendebat. Omnes aūt ſig
narii uel ſigniferi/q̄uis pedites ſint/loricas minores acci
piebant/& galeas ad terrorem hoſtium/urſinis pellibus
tectas. Cęnturiones uero habebant cataphractas et ſcuta
& galeas ferreas/tranſuerſis & argentatis criſtis/ ut facili
us agnoſcerentur a ſuis. Illud autem ſciendum eſt/& mo
dis omnibus retinendum/q̄ commiſſo bello prima ac
ſecunda acies ſtabat immota. Triarii quoq; reſidebant.
Ferentarii aūt armaturę leuis & ſagictarii & funditores
aduerſarios prouocabant: ante aciem procedentes/ſi ho
ſtes fugare poterant/ſequebātur: ſed ſi eorum uirtute ac
multitudine premebantur reuertebātur ad ſuos & poſt
eos ſtabant. Excipiebat autem prędium grauis armatu/
ra & tanq̄ murus ut ita dicam/ferreus ſtabat/& non ſolū
miſſilibus ſed etiam gladiis cominus dimicabant: Et ſi
hoſtes fugaſſent/nō ſequebatur grauis armatura ne aci/
em ſuam ordinationemq; turbaret/& diſperſos recurrē
tes hoſtes incompoſitos opprimeret ſed leuis armatura
cum funditoribus ſagictariis & equitibus fugientes ſe/
quebatur inimicos. Hac diſpoſitione ac cautela ſine pe
riculo legio uincebat aut ſuperata ſeruabatur incolumis
Quia Legionis uis eſt facile nec fugere nec ſequi: Sed
ne milites aliquando in tumultu prędii a ſuis contuber/
nalibus oberrarent diuerſis cohortibus diuerſa in ſcutis
ſigna pingebant. Prędterea in aduerſo uniuſcuiuſq; mili/
tis erat nomen litteris aſcriptum addita ea ex qua eſſent
coborte qua ue Centuria. Ex his autem apparet legionē
bene inſtitutam/quaſi inuictiſſimaz eſſe ciuitatem / quę

omnia prelio necessaria secum ubiq; portaret. Nec me
tueret repentinum hostium superuentum/que etiam in
mediis campis subito fossa uallocq; munire. Habet pre
terea legio Tubicines. Cornicines. buccinatores. Tubici
nes ad preliū uocāt milites et rursus receptui canūt. Cor
nicines quotiens canunt non milites sed signa ad eorum
obtemperant nutum. Ergo quotiens ad aliquod opus
exituri sunt: soli milites Tubicines canunt: quotiēs mo/
uenda sunt signa Cornicines canunt. Classiarii autem
appellantur Buccinatores qui cornu ducunt exercitum
hoc insigne uidetur imperii/quia classicum canit in par
te presente uel cum in militem capitaliter aīaduertitur.
Hoc enim ex imperialibus legibus fieri necesse est. Si/
ue ergo ad uigilias uel ad gratias faciendas siue ad opus
aliquod uel ad cursionem campi exeunt milites/tubici
ne uocante operantur. Rursus Tubicine admonēte ces/
sant. Cum autem mouentur signa/aut iam mota figen
da sunt: Cornicines canunt. Quod ideo in omnibus ex
ercitiis & processibus custoditur ut in ipsa pugna facili
us obtemperent milites siue eos pugnare siue stare siue
sequi uel redire precipiunt Duces. Siquidem ratio ma/
nifesta est/semper in acie debere fieri quod necessario
faciendum uidetur in prelio. De singulis centuriis qua/
terni equites & q̄terni pedites excubitum nocte faciunt.
Et qa impossibile uidebaī in speculis uigilantes singulos
pmanere/ideo in. iiii. ptes ad desidem sunt diuise uigilie/
ut non amplius q̄ tribus horis nocturnis necessarium sit
uigilare. A tubicine omnes uigilie cōmittuntur/& fini/
tis horis a cornicine reuocant. Constructa acie peditum
equites ponuntur in cornibus/ita ut loricati omnes & con
tecti iuncti sint pedibus. Sagictarii autem uel qui loricas
nō habent/longius euagētur a fortioribus nanq; eqtibus

peditum protegenda sunt latera/ & a uelocioribus atq;
ex peditis hostium cornua semper fundenda atq; tur/
banda. Scire dux debet contra quos hoc est globos ho
stium/quot equites oporteat poni. Nam nescio qua oc/
cultatione/immo pene diuina/alii contra alios dimicāt
melius/& qui fortiores uicerāt/ab inferioribus sepe uin
cuntur: Quod si equites impares fuerint/more uteruz/
uelocissimi cū scutis leuibus pedites ad hoc ipsum ex/
ercitati/iisdem miscendi sunt/quos ex peditos quasi uo
litantes uelites nominabant. Quo facto/q̄uis fortissimi
equites hostium euenerint/tamen aduersus mixtuz ag/
men pares esse non possunt. Vnum hac remedium om
nes duces ueteres inuenerunt/ut assuescere facerent iuue
nes currentes egregie/& inter binos equites singulos ex
bis pedites collocarent cum leuioribus scutis/gladiis/at
q; missilibus. Elephanti in preliis magnitudine corpo;/
barriti horrore/formę ipsius nouitate / homines equos
q; conturbant. hos contra Romanum exercitum pri/
mus in Lucania rex Pyrrhus eduxit: postea Hannibal
in Aphrica: rex Antiochus in Oriente: Iugurta in Nu/
midia copiosos habuerunt/aduersus quos diuersa cogi
tarunt genera armatorum. Nam Centurio in Lucania/
gladio manum quem promuscidem uocant/uni absci/
dit: & bini cataphracti equi iungebātur ad currum/ qui
bus insidentes/anclenassariissas/hoc est longissimos con
tos in elephantos dirigebant. Alii contra elephantos ca
taphractos milites immiserunt / ita ut in brachiis eo;
uel in cassidibus uel humeris aculei ingentes poneren/
tur ex ferro / ne Elephas bellatorē contra se uenientem
posset apprehendere. Precipue tamen antiqui uelites ad
uersus elephantes ordinauerunt. Velites autem erant iu/
uenes/leui armatura/corpe alacri/ qui ex equis optime
missilia dirigebant. hi equis precurrentibus ad latiores

lanceas uel maiora ſpicula beluas occidebant: Sed cre/
ſcẽte audacia/poſtea collecti plures milites/pariter pila
id eſt miſſilia in elephantes congerebant/ eoſq; uulneri
bus elidebant·illud additũ eſt ut funditores cum fuſti/
balis/& fundis/rotũdis lapidibus deſtinatis in illos per
quos regebantur elephantes/cũ ipſis curribus affligerẽt
atq; nutarent/quo nihil tutius inuenitur:poſtea uenien/
tibus beluis quaſi irrupiſſent aciem ſpatium milites da/
bant/quę cum in agmen medium peruenissent circum
fuſis undiq; armatoꝝ globis a magiſtris militum abſq;
uulnertbus capiebantur illęſi·Sed optima ratõ eſt/& ad
uictoriam plurimũ confert/ut lectiſſimos de peditibus
equitibuſq; cũ uicariis/comitibus tribuniſq; uacãtibus
habeat dux poſt aciem in ſubſidiis pręparatos·alios cir
ca cornua/alios circa mediuꝫ ne ſicubi hoſtis uehemẽ
ter inſiſtit/ne rumpatur acies/ prouolent ſubito/ & ſup/
pleant loca/additaq; uirtute/inimicorum audaciam frã
gant·Huius cautelam primi lacones inuenerunt imitati
Carthaginenſes·Alteram poſt hęc ubiq; ſeruarunt: hac
diſpoſitione nulla melior inuenitur:Nam directa acies
hoc ſolum agere debet/ aut petere ut hoſtem repellat/
aut fundat·Si cuneus ſit agendus aut forfex/ſuperfluos
habere debebit/de quibus cuneũ forficẽq; faciens du/
cenda ſit grauiter ex abundantibus ducitur· Nam ſi de
loco ſuo ordinatum militem tranſferre cęperis/ uniuer
ſa turbabis· Quod ſi bellatoꝝ copia tibi non abundat/
melius eſt habere aciem breuiorem/dum modo in ſub
ſidiis colloces plurimos·Cum explorator hoſtiũ laten/
ter oberrat in caſtris/omnes ad tentorium ſuum per di
em redire iubeantur:ſtatim deprehenditur explorator·
Cum conſilium tuum cognoueris aduerſariis prodituꝫ
diſpoſitõem mutare te conuenit·Raro enim manet ab/
ſconditum/quod ad noticiam multitudinis iam perue/

nit·Quid fieri debeat tractato cum multis: Quid uero
facturus ſis/ cum pauciſſimis ac fideliſſimis uel potius
ipſe tecum·

Hęc Martii opis prȩcepta per diuerſos auctorũ libros
diſperſa Imperator inuicte mediocritatem meã abbre/
uiare iuſſiſti/ne uel faſtidiuꝫ naſceretur ex plurimis/ uel
plenitudo fidei deeſſet in paruis· Neq; enim degenera/
uit in hominibus Martius calor/nec defectę ſunt terrę/
quę Lacędemones/quę Athenienſes/ quę Marſos/ quę
Samnites/ quę Pelignos/ quę ipſos progenuere Roma/
nos·Nonne Epiri armis plurimũ aliquando ualuerunt?
Nonne Macedones ac Theſſali/ ſupatis Perſis / uſq; ad
Indiam bellando penetrarunt ? Dacos autem & Myſos
& Thraces/inter bellicoſos ſemper fuiſſe/ manifeſtum
eſt:ut ipſum Martem fabulę apud eos natum eſſe con/
firment·Longum eſt ſi uniuerſarũ prouinciarum uires
enumerare contendam/cum omnes in Romani impe/
rii ditione conſiſtant: Sed longa ſecuritas pacis homi/
nes partim ad ciuilia traduxit officia/ita cura exercitii
militaris primo negligentius agi:poſtea diſſimulari:ad
poſtremum olim in obliuione perducta cognoſcitur :·

FINIS :·

Impreſſum Romę per Venerabilem uirm Ma
giſtruꝫ Eucharium Silber:alias Franck·Anno do
mini·M·cccc·lxxxvii·Septimo Idus Iunii·

IOVIANI PONTANI CARMEN DE ARTE PALAE-/MONIS PER EVM INVENTA AD ANTONIVM PA/-NORMITAM.

Grammaticæ partes:casus:& nomina monstrat
Ars mea:quoq; modo dictio quæq; fluat.
Quidue sequés possis uerboꝝ noscere formas.
Aut quonam fuerint uerba premenda iugo,
Cætera sunt paruo carptim memorata libello.
Plenius ante artes quæ docuere meæ:
At me confectum carie:turpiq; senecta.
Rodebat murum dente timenda cohors.
Sensissetq; iterum crudelia fata palæmon
Iuuisset pietas ni Iouiane tua:
Cuius nunc meritis optata perfruor aura:
Antoni doctos iussus adire lares,

Q.RHEMNII PALAEMONIS VICENTINI ARS GRAMMATICAE SECVNDA

Omnia nomina quinq; uocalibus ablatiuo casu termi
o nãtur.A.E.I.O.V.ideſt quicquid declinaueris e.no
mine ablatiuum casum in has littteras ducit:utputa.
hæc Iulia:ab hac Iulia. hic paries ab hoc pariete: hic
& hæc agilis/ab hoc & abhac agili.hic doctꝰ/ab hoc docto. hic
uersus:ab hoc uersu:præter pauca aptota:quæ nos turbare nõ de
bent quia pauca sunt.utputa nequam homo abhoc nequam ho
mine nugas ab hoc nugas dicimꝰ hic iure ablatiuꝰ suscepisse.m.
&.s. Sed in aptotis nõ legitimis & regularibus nominibus quæ
certõ ordine declinantur.Ergo ablatiuus casus singularis nume
ri dat nobis regulam ad declinationẽ pluralis numeri.i.ad ge-
nitiuum: datiuum plurãlem casum quo modo recte inueniãt.
Inde si ablatiuus habuerit.a.&.o.parem regulam dant.i. & ge-
nitiuum pluralem in um mittunt.& datiuum & ablatiuum plu-
ralem in is.ut ab hoc docto hoꝝ doctorum. ab hac docta hatũ
doctarum.sic ablatiuum in is.ut his doctis uiris & ab his doctis
mulieribus.Præter hæc paucea.quæ contra artem suscepta/sunt.
ut mulabus libertabus.deabus natabus. filiabus equabus.asina-
bus.Eodéq; ambabus & duabus. Diximus de duabus uocali

bus. A. &. O. quia parem regulam habent. Reſtant tres uocales. I. E. V. quæ ſimiliter diſparem regulã habẽt. Nã ſi ablatiu⁹. I. uel E. uel. V. habuerit, ſi/i/in ium ſi e correpta fuerit, in um, ſi ,pducta in rum, ſi. u. in uum genitiuũ pluralem mittunt datiuum & ablatiuum in bus, utputa ſorti horum fortium his & ab his fortibus ab hoc homine, horum hominum, his & ab his, hominibus, ab hoc uerſu, horum uerſuum, his & ab his uerſibus. ab hac re, harũ rerum, his & ab his rebus. Sed ut colligas ablatiuum, quãdo exeat in has litteras, regulam genitiui ſingularis attende. Si enim in æ. exierit genitiuus ablatiuũ in. a. mittit: ut huius Iuliæ ab hac Iulia, huius muſæ ab hac muſa. Si genitiuus in. is exierit, plerũq; in e, aliquãdo in. i. & nunq̃ in o, mittit ablatiuum, utputa huius parietis ab hoc pariete. huius hominis ab hoc homine. In genere cõmuni nominatiuus & genitiuus ſi habuerint is, ablatiuum in i/mittunt: ut hic & hæc agilis, hic & hæc facilis, ab hoc & ab hac & ab hoc agili uel facili. Si qua ſunt quæ differant ab hac regula magis uſu q̃ ratione factum eſt, ut hæc ouis huius ouis ablatiuum in. i. mittere debuit: & tamen in e. mittit ut ab hac oue non oui. Sed hoc: ut diximus uſu magis q̃ ratione factũ eſt. Genitiu⁹ ſi habuerit. i. in genere maſculino: ablatiuum in o. mittit: ut huius iuſti: huius docti, ab hoc iuſto, ab hoc docto. Sed ideo dixi in genere maſculino hoc obſeruari debere: quia in genere fœminino inuenit genitiu⁹ i/habere. & in e. exire ablt̃s nõ in o/utputa huius rei ab hac re. hui⁹ ſpeciei ab hac ſpecie. Genitiuus ſi habuerit us, ablatiuum in u/mittit, ut huius uerſus, huius fluctus ab hoc uerſu: ab hoc fluctu. Sic ergo d̃ genitiuo ſingulari, trahis regulam ad ablatiuum ſingularem. quia ablatiuus caſus datiuus caſus dat regulam ad genitiuum & datiuum pluralem, quam ſupra memoraui. Alia regula. Nominatiuus ſi is habuerit: aut parem habebit genitiuum, ut hic ignis huius ignis, hæc puppis huius puppis: aut ſi creſcit genitiuus per has creſcit per. N. R. T. D. utputa ſanguis ſanguinis: per. r. ut cinis cineris, p uluis pulueris, per. t. ſamnis ſamnitis. per. D. cuſpis cuſpidis. Alia regula. Ablatiuus quũ habuerit e. nunq̃. adiũgit um in nominatiuo: utputa uerbere in ablatiuo quæritur utrum in nominatiuo um habeat: ut dicamus hoc uerberum. Sed prohibemur regula ablatiui: qui quũ habuerit e in ablatiuo: nunq̃ habebit in nominatiuo um. Ergo ſi hoc uerberum nõ dicimus quomõ dicemus utiq; hoc uerbere? ut ſi dicim⁹ in abltõ hoc uerbere: & pluraliter hæc uerbera. qũo ubera? Sic huic regulæ cõtrarius nominatiuus. Nam ſi nominatiu⁹ um habuerit: nunq̃ mittet ablatiuum in. e. obſeruabis perpetuo Alia regula. Genitiuus quum habuerit is nunq̃ mittet ablatiuũ in. o. utputa, ne dicas paupero patre natus ſum. genitiuus enim ſingularis is habebit, ut huius pauperis. ergo ablatiuus non poteſt exire in o. ſed aut in e. aut in i. Alia regula. Genus neutrum in nominatiuo ſi habuerit e. in i/terminatur ablatiuus, ut hoc mare ab hoc mari non ab hoc mare. ne dicas ab hoc monile: ſed ab hoc monili. Nunq̃. n. genus neutrum quattuor ſimiles caſus habet: ut in nominutiuo e/ſic in accuſatiuo ſic in uocatiuo & nõ in ablatiuo: deinde qa iis nominibus generis neutri ablatiuo caſu adduci debet a/littera: ut poſſit ſtatim fieri nominatiu⁹ pluralis: utputa: ab hoc monili adduce a/litteram: & facit hæc monilia: ab hoc ſedili adduce a/& facit hæc ſedilia. ab hoc facili adduce a/& facit facilia. Sic ergo per omnia obſeruabis in talibus duntaxat nominibus. Alia regula genus neutrum nunq̃ in nominatiuo habet a/niſi in græcis utputa ſchema, thema. huius ſchematis, huius thematis. quomodo genus fœmininũ in nominatiuo nunq̃ exit in e. niſi in græcis ut Andromache. Genus neutrũ quum in us exierit nominatiuo neceſſe eſt ut creſcat una ſyllaba in genitiuo, & ablatiuũ in e. mittat, utputa hoc pecus hui⁹ pecoris, ab hoc pecore. hoc facinus huius facinoris, ab hoc facinore. Præter uulgus & pelagus quia uulgus apud antiquos tã maſculino genere dictum eſt: q̃ neutro. Pelagus uero ad hanc regulam nõ pertinet quia græcum eſt. Genus neutrum, quãdo in nominatiuo habet um, genitino pares ſyllabas habet, utputa hoc templũ, huius templi, hoc telum huius teli. Genus neutrum quãdo in nominatiuo ium habet, in genitiuo geminat i. litteram: utputa hoc gaudium huius gaudii, hoc imperium huius imperii, hoc ingeniũ huius ingenii. Sic obſeruabis in cæteris: qa genitiuus minor nõ eẽ debet nominatiuo. Nã & genere maſculino ſi nominatiu⁹ ius habuerit, neceſſe eſt in gtõ geminet ii. utputa hic fili⁹ hui⁹ filii. hic mercuri⁹ huius mercurii. hic Genius hui⁹ genii. hic Iulius hui⁹ Iulii. Si uero ntõ us tm̃ habuerit, nõ geminat i. in gtõ, utputa hic coronat⁹ hui⁹ coronati, nõ coronatii. Gen⁹ neutr; ſi hũerit e utputa hoc monile

hoc ſedile:neceſſe eſt:ut genitiuus is habeat ut huius monilis: huius ſedilis.ablatiuo ab hoc monili ab hoc ſedili.Quodcunq; nomen in nominatiuo er ſyllabam habet, tunc exit in.o. ablatiuus ipſius:quando eſt ſecundæ declinationis,& non creſcit ſyllaba in genitiuo ſingulari.quãdo genitiuus.i. habuerit non is. utputa hic aper facit ablatiuo ab hoc apro,quia genitiuũ huius apri facit.Si uero nominatiuus er habuerit:& genitiuus.is ablatiuũ non mittit in.o.ſed in.e.ab hoc patre:quia genitiuus ſingularis in is habet:ut huius pauperis.Omnia maſculina monoſyllaba generis maſculini & fœminini accuſatiuũ ĩ em mittũt:excepto nomine uno ut uir uirum.Nam cætera in em mittũt ut diximus,utputa ſol hunc ſolem.mars hunc martem.ars hanc artem fons hunc fontem,ros hunc rorem.lex hanc legem: mos hunc morem.lar hunc larem,par hunc parem:fur hunc furem. Vides omnia monoſyllaba,ut diximus in em exire accuſatiuo caſu.Genus neutrum tres caſus habet ſimiles nominatiuũ,accuſatiuũ & uocatiuum.Ideo hoc monemus,ut ſi de pelago tibi mentio ſit: dicas per medium pelagus nauigaui,ideo quia accuſatiuus ſimilis eſt nominatiuo.Nunc regulam cõparationis accipe.Maſculinum genus cõparatur per has ſyllabas per us:p er per ex. Per us ut doctus,doctior doctiſſimus,per er ut aſper aſperior aſperrim⁹, niger nigrior,nigerrimus tener tenerior,tenerrimus.p ex in genere maſculino unum nomen eſt:quod uadit per gradus, ut ſenex ſenior,ſuperlatiuum nõ habẽs.neq;.n.dicimus ſeniſſimus. Commune genus quod comparari poteſt p has ſyllabas exit, per is & er.Is ut hic & hæc agilis.hic & hæc agilior,& hic agillimus.Sic breuior breuiſſimus.Sic leuis leuior leuiſſimus, uel leuiſſima.Sed ab hac regula defecerunt pauca euphoniæ gratia,ut facillimus,dicat nõ facilliſſimus,ut ſimillimus nõ ſimilliſſimus. Sed hæc pauca nos turbare nõ debent Per er uero cõparatur genus commune, ſed in paucis ut hic & hæc acer acrior, acerrimus.pauper pauperior,pauperrimus,uel pauperrima.Genus omne per has ſyllabas cõparatur per ax,ex,ix,ox,ux,ans,ens ons,ers ors,am,us.Ax poſitiuo ut eficax,comparatiuo eficacior,ſuperlatiuo eficaciſſimus ſic fallax,fallacior fallaciſſimus. Ex ut ſimplex ſimplicior ſimpliciſſimus.Ix ut felix felicior feliciſſimus .pernix pernicior perniciſſimus.Ox uelox uelocior uelociſſimus ferox ferocior ferociſſimus.Vx ut trux trucior truciſſim⁹.Ans ut amãs amantior amantiſſimus.Ens ut ſapiens ſapientior ſapientiſſim⁹. Ons ut inſons inſontior:inſontiſſimus.Ers ut ĩers inertior/ inertiſſimus.Sollers ſollertior:ſollertiſſimus.Ors ut uecors uecordior:uecordiſſimus Am ut nequam.Vs ut uetus Datiuo adducis or ut forti comparatiuũ fortior. Genitiuo adducis ſimus ut fortiſſimus A,Nequam ut dicas nequior: tollis am: & adducis-i- & or.& facis nequior,adducis ſimus,& fit nequiſſimus.Ab eo uero quod eſt ueter datiuo adducis or:& facis comparatiuũ ueterior.ſubducis huic i-&-o/&-r-& adducis rimus,& facis ueterrim⁹. Sic obſeruabis in fœmininis & neutris,& facies ueterrima & ueterrimum.Vetuſtiſſimus aũt a uetuſto uenit,& facit uetuſtus uetuſtior uetuſtiſſimus.Sic fœminino uetuſta uetuſtior uetuſtiſſima.Sic neutro uetuſtum uetuſtius uetuſtiſſimum.Sunt nomina generis neutri quæ tres caſus tñ in plurali numero nominatiuũ accuſatiuum & uocatiuũ habẽt:ut iura accuſatiuo hæc iura. Vocatiuo o iura.Sic & maria & uina & mella,& fella & aera.Vocãtur autem triptota. Alia regula.Genitiuus aut par debet eſſe nominatiuo:aut plus una ſyllaba excedere. Sed inuenta ſunt pauca nomina cõtra regulam uenire:ut anceps,quod duarũ ſyllabarum eſt:& in gtõ duas ſyllabas creuit, facitq; ancipitis. præceps præcipitis,ſupellex ſupellectilis.Iter itineris.Quæſtio eſt,ſi princeps principis præceps præcipitis:quare nõ præcipis quomodo principis,dicimus.Sed princeps q̃ primus capiat dictus eſt-& uenit a capiendo:præceps uero a capitis ſignificatione dicit̃:q̃ præbeat caput.Quæſtio eſt quãdo producimus decoris, quãdo corripimus Genere neutro corripimus,ab eo, quod eſt decus. Maſculino producimus ab eo,quod eſt decor.producit autẽ decoris quomodo candoris honoris coloris.Nomina quæ ſignificãt finem,non diminuuntur,ut ipſe finis nõ dicimus finiculus dicimus nouiſſimus,non dicimus nouiſſimulus,dicimus extremus, nõ dicimus extremulus,dicimus ultimus nõ dicim⁹ ultimulus/ & ratio eſt:quia quæ in fine ſunt,nõ habẽt quo minuãtur. Sunt nomĩa ĩ ſingulari numero neutri generis,ĩn plurali maſculini: hoc cælum hi cæli nõ cæla:quomodo ſunt,quæ in ſingulari maſculini in plurali neutri, ut hic tartarus, in plurali hæc tartara. Nomina tertiæ declinationis,quæ in-o/exeũt nominatiuo ſin-

gularis generis sunt fœminini exceptis paucis masculinis Quo/
rum numero sunt ordo ligo & quæ communis generis sunt: ut
homo nemo,bubo,& mango.Nam cætera fœminini enuncia/
mus,ut carthago carthaginis,uirgo uirginis,imago imaginis,in
dago indaginis,siligo siliginis,sartago sartaginis,ferrugo ferru/
ginis,farrago farraginis. Est alia quæstio:quia quum dicamus
in ablatiuo singulari ab hoc arcu, & plurali datiuo & ablatiuo
his & ab his arcubus,& non sic facit in datiuo & ablatiuo plura/
li a uersu uersubus. sed his & ab his uersibus,& fluctibus etiam
ratione fit propter differentiam alterius similis nominis.si ab eo
quod est arcus arcibus diceremus non arcubus,fieret confusio il/
lius nominis ab eo quod est arx arcis: licet sine discretione ali/
qua specubus & tribubus dicamus ab eo quod est specus & tri/
bus,& ab eo qđ est ueru uerubus eodem modo. Versus uero &
fluct9 & cætera in datiuis & ablatiuis pluralib9 i/habent. Ideoq;
hæc nomina conturbant similium nominum confusio uel si/
militudo. Ergo quomodo arcub9 dicimus ab eo qđ sunt arcus
ppter arces,sic artub9 ab eo qđ sũt art9,ppter artes.hic uict9 ab hoc
uictu uictubus facit.Nam uitibus ab eo quod sũt uites. Sic ergo
obseruabis,quũ similia nomina inueneris. Quæstio est unde in/
telligitur e/,productum in ablatiuo & unde correptum. Si accipit
rum genitiu9 pluralis facit in ablatiuo singulari in e/ productum,
si um correptum est & e/mutat in i/.Sed melior regula est.Dati
uo plurali rum,pducit, um ãt est correptum. Vnde si,productum
est e/in ablatiuo singulari accipiet bus & faciet datiuum pluralẽ.
Nam si correptum est mutat in i/ut faciat datiuũ, utputa ab hac
re adduce bus & facit rebus/ab hac specie adduce bus & facit spe
ciebus. Ergo sic intelligis productum esse.ab e uero correpto
nõ sic si addiicias bus ut ab hoc homine hominibus:sed mutat e/
in i/& accipit bus.& sic erit latinum & correptum erit.Omnes lit
tere generis neutri sũt nũeri tm̃ singularis & aptotæ dicũtur ut
puta hoc a/huius a/huic a/ hoc a/o/a/ab hoc a/sic b/sic c/ sic d/sic
omnes. Si uero addiicias littera/fiũt generis fœminini,ut,dicas
a/ littera c/littera.& multa alia nomina,quæ ad pondus & men
suram ueniunt,numeri sunt tantũ singularis,utputa aurum,argẽ
tum,triticum,oleum,& multa alia dicimus non omnia. Nomi/
na quæ in al exeũt & in el.in il.in ol.in ul.in ar.in er.in ir.in or.
in ur.in an.in en.in in.in on.in un.& habẽt noiatiuũ utputa in
al,animal.ablatiuo ab hoc animale.nominatiuo el ut mel fel.ab
latiuo ab hoc melle felle.nominatiuo il ut uigil pugil ablatiuo
a uigile pugile.nominatiuo ol,ut sol ablatiuo a sole.nominati/
uo ul exul ablatiuo exule. nominatiuo ar ut far ablatiuo farre.
nominatiuo nectar ablatiuo nectare. Quæ uero in ar exeũt neu
tri generis/& a/ante is producunt in genitiuo: ablatiuum in i/
mittunt:ut hoc calcar huius calcaris,hoc lacunar huius lacuna/
ris ab hoc calcari,lacunari.ab eo quod est par pare uel pari dici/
mus.Er si habuerit nominatiuus attende genitiuum,si is habue/
rit,tunc mittit in e/ut hic pater huius patris ab hoc patre:q̃uis ab
imbris septembris dicamus.Sicq; in aliis quibusdam: quæ nota
sunt:& mensium tm̃ nomina.In ir præter uir cætera in e/mittũt.
Si inueniuntur nominatiuo or ut marmor ablatiuo a marmore
nominatiuo ur ut fur ablatiuo a fure,augur ab augure.nomina/
tiuo an ut pæan pæane.Nominatiuo en ut hic pecten ablatiuo a
pectine,flamen flamine,lien liene. Rien riene: & in fœminino
hæc syren ablatiuo ab hac syrene.In neutro in en ut hoc carmen
ab hoc carmine.Sic a masculinis a cano composita ut tibicen ti/
bicine:fidicen fidicine.In epiceno ab oscen oscine. Ea nomina
quæ nominatiuo in in definiũt,necesse est ut in ablatiuo e/habe
ant:ut puta nominatiuo hic delphin delphine.Sic etiam quæ in
on ut hic memnon,hic orion ab hoc memnone,orione.& quæ
cunq; huiusmodi inueniuntur:necesse est ut in e/ mittant abla/
tiuum.Sane quia dixi:quæ exeunt in al nominatiuo/ in e exire
ablatiuo/uerũ est.Sed ne occurrat quæstio nominis illius:qđ est
tribunal facit.n.abltõ ab hoc tribunali:& ceruical ab hoc cerui/
cali cũ facere deberet tribunale & ceruicale: quia nomiuatiuus
singularis debet eẽ minor nominatiuo plurali duabus syllabis.
Sed in his nominibus:quæ perpauca sunt magis usus obtinuit.
Quæritur autem utrum hoc ossum dicam9 an hoc os: sed si hoc
ossum diceremus nunq̃ datiuus pluralis in bus exiret: sed in is.
Ait enim Virgilius.atq; ossibus implicat ignem. Et enim nomi
na generis neutri in ntõ um habentia in abltõ o habent:ut hoc
tẽplum ab hoc templo:datiuo plurali templis facit. Vnde si ossi/

bus legimus in Virgilio nõ exiret datiuo plurali in bus nisi abla
tiuo singularis in e terminato .ablatiuus ergo exiret in e/ aut u
aut i. Sed qa nec u/exit,nec nominatiuus pluralis ossua facit nec
i terminatur ut ossi dicamus remanet ab osse. Nã genitiu⁹ ideo
exit in is quia nominatiuus os habet nõ um. Vnde declinamus
sic hoc os huius ossis,huic ossi,hoc os o/os ab hoc osse. Et plura
liter hæc ossa,horũ ossium,his ossibus.hæc ossa,o/ossa,ab his ossi
bus.Sed hoc nomen corripimus in nominatiuo singulari:ab eo
uero quod sunt ora.i. uultus in nominatiuo singulari ꝓducitur
os & facit hoc os huius oris.huic ori:hoc os,o/os,ab hoc ore.Et
pluraliter hæc ora,horũ orum,his oribus,hæc ora o/ ora. ab his
oribus. Alia regula est.quomodo declines terga & tergora, ter/
ga autem sunt dorsa,& tergora ueniũt a genere neutro quod in
us exit in nominatiuo singulari:ut hoc tergus. Et pluraliter no/
minatiuo hæc tergora . & declinabis hoc nomen sic qũo pecus
& uulnus . tergum autem declinabis quomodo templum. Alia
regula est.Nomina semper generis masculini & fœminini:quæ
habuerint a/in nominatiuo genitiuũ & datiuũ in e/mittunt,ut/
puta hic seneca hui⁹ senecæ huic senecæ,hec Iulia hui⁹ iuliæ.huic
iuliæ. Sed iueniunt pauca noia uel pronoia cõtra hãc regulã ue
nientia:ut cũ nominatiuo solum a solum habeant, in genitiuo
ius accipiant,in datiuo i ut sola solius soli, tota totius toti una
unus uni,ulla ullius ulli,nulla nullius nulli,utra utri⁹ utri, aliqua
alicuius alicui:illa illius illi,ista istius isti,ipsa ipsi⁹ ipsi,Sed q̃ pau
ca sunt nos turbare non debent.Superior autẽ regula in immen
sum tenditur:ut hæc musa huius musæ.hæc analogia est.i.regu
la ꝑpetua.Horum uero nominiũ & ꝑ nominium anomalia est.
id est inæqualis declinatio cõtra regulam,sed in paucis est,ut di
xi.Nomina quæ in as exeunt,tunc exeunt in e ablatiuo singula
ri,si genitiuus is habuerit:ut mecenas mecenatis,ab hoc macena
te.ideo dixi attendendum esse genitiuũ singularẽ:quia inuenium
tur noia:quæ in as exeũt,& tamẽ nõ in e/mittunt ablatiuum:sed
in a ut æneas ab hoc ænea,menalcas ab hoc menalca. Ergo quũ
inueneris in nominatiuo as gtũm attende si habuerit is sic ꝑnũ
cia ablatiuũ quod in e/exit.Sed si ablatiuus tibi notus /& de ge/
nitiuo dubitas,scito quia in is exit.quũ in e fuerit ablatiuus ter
minatus. Gentilia quoq; ablatiuũ in i mittũt:ut arpinas arpina/
tis:capenas capenatis.Sed ueteres hæc noia magis in is & ĩ e/no
minatiuo ,ꝑnunciabãt.ut hic & hæc arpinas & hoc arpinate.No
minatiuus in es ablatiuũ in e mittit : ut hæres hærede nisi geni
tiuus in e exierit:ut anchises anchise . tunc .N. ablatiuus etiã in
a/exit.& locuples quod est omnis generis a locuplete uel locu/
pleti. Nominatiuus si is fuerit in genere masculino uel fœmini/
no:ablatiuũ in e mittit:ut hic collis hic uomis, hic lapis. ab hoc
colle,uomere,lapidẽ.hæc lis ab hãc lite,hæc uitis ab hac uite,hæc
cutis ab hac cute. Pauca uero masculina in i uel in e mittunt :ut
ignis,uectis,amnis,anguis,postis.Illa quoq; fœminina in i etiã
exeunt:quæ accusatiuos in im mittunt:ut puppim puppi, restim
resti:& ab his:quæ sunt uis strigilis : ut ab hac ui ab hac strigilẽ,
Ablatiuus dicimus ab eo:qd̃ est auis ab aue uel aui.In communi
quoq; genere is in ablatiuo ablatiuum in e/mittit,nisi neutrum
generis sit in e/ utputa hic & hæc hostis & hoc hoste,licet ci/
uis a ciue uel ciui faciat. Os si habuerit nominatiuus ,in e/mit
tit ablatiuum : ut hæc dos ab hac dote , hoc os ab hoc osse. In
genere neutro si us nominatiuus habuerit . ablatiuum in e/mit/
tit,ut hoc uulnus huius uulneris ab hoc uulnere. præter uulgus
& pelagus. Vetus aũt quod est omnis generis a uetere uel uete/
ri ablatiuũ in e/& ĩ i ex se mittit. In genere masculino us si fuerit
noiatiuus genitiuũ in i mittit & ablatiuũ in o ut hic doctus, hu
ius docti,ab hoc docto. Sic in fœmininis:quæ exeũt in us si in ge
nitiuo i habuerit in o/mittit ablatiuũ,ut hæc laurus ab hac lau/
ro.hic cypressus huius cypressi ab hac cypresso. Quod si gtũs is
exierit:ablatiuum in e/mittit,ut hæc uirtus huius uirtutis:ab hac
uirtute.Si uero nominatiu⁹ us habuerit & genitiuus us ablatiuũ
in u mittit,sic ĩ masculinis,sic in fœmininis.In masculinis ut hic
uersus hic fluctus.genitiuo huius uersus,huius fluctus. ablatiuo
ab hoc uersu,ab hoc fluctu.In fœminnis.Nominatiuo hæc por
ticus hæc quercus,huius porticus,huius quercus.ablatiuo ab hac
porticu,ab hac quercu.sic cætera obseruabis.Sed si talium nomi
nũ te declinatio turbauerit,tanta uis est regularum,ut aut de ge/
nitiuo:aut de datiuo aut de ablatiuo sed de istis tribus uno inuẽ
to docearis.ac totius nominis declinatiõe singularis pluralisue
numeri.Quare hoc dixerĩ, puta si sint noia fluct⁹ aut uersus,quo
rum declinationem nescias:inde crede: q; in quacunq; lectione

aut datiuum inueneris,aut ablatiuum, aut genitiuum, quorum trium unum-si habeas notum,docebit te de omnibus casibus,ut puta si scias quia ab hoc fluctu sequitur quia nominatiuus singularis us habeat-sic & genitiuus ,& datiuus-i-habeat, accusatiuus um-uocatiu⁹us:ecce unus casus docuit te declinationem omniũ Sic si iueneris dictũ in genitiuo huius uersus docebit te:qđ ablatiu⁹docuit.Sic si iueneris ui ĩ datiuo huic uersui,& ipse hoc te docebit,quod & ablatiu⁹ & genitiuus. Vides ergo uno inuento casu in quacunq; ueritate lectionis doceri te quemadmodum totum nomen declines.In us uero nominibus quæ in o/ mittunt ablatiuum-regula est:ut genitiuus i- habeat- datiuus-o- utputa si legas ablatiuo casu positum lauro:sequitur ut genitiuus i/habeat huius lauri datiu⁹ huic lauro.sequitur ut nominatiuus us habeat laurus.Verum quia lapsi sumus ad has supradictas regulas: nunc redeamus ad rem.Loquebamur enim si nominatiuus in as exierit,quando mittit in a-quando in e.diximꝰde es regula:quæ in a/mittit ablatiuũ & in e diximus de regula os: quia semper in e-mittit.diximus de us regula quomodo obseruandũ sit:quæ regula plerũq; in e-genere neutro mittit:præter illa duo uulgus & pelagus.In genere masculino uel fœminino:aut in u-aut in o-aut in e/mittit.quod ut cognoscas quando in o/quãdo in e-quãdo in u-genitiuum attende.Si habuerit & ipse us in u- mittit ablatiuũ tã in masculino q̃ in fœminino:& si in/i-in o-& si ĩ is in e/ Ergo quantum necessitas temporis passa est,regulas non paucas nominum scripsimus.Pauca de pronominibus dicamus in quibus non ardua moles est.

DE PRONOMINE.

Pronomina aut finita sunt:aut infinita: aut minusq̃ finita.Finita sunt-quæ notant certam personam: ut ego.Infinita ut quis,quicunq;,aliquis. Minusq̃ finita sunt pronomina:quæ non sic plene definiunt personam:ut non egeãt monstratore qũo ego.nam & ipsum tu non plene finitum est,nisi in personã direxeris digitũ. Sic ergo minusq̃ finita dicenda sunt.habent.n.quandã designationem:sed nõ plenæ significationis quomodo ego.utputa pone esse turbam/minime significãtius dicit in turbam tu/quomodo de turba si dixerit unus-ego:sed ut de multis significemꝰ quẽ quærimus:aut nomen adiicimus aut digitum intendimus : aut apparet certius quem uocemus.Ego & tu:ille & iste & hic:& alia quæ quasi possunt ex parte definire personam: minusq̃ finita uocanda sunt.Regula.Prima persona:quæ dicitur ego tam in singulari q̃ in plurali numero nõ habet uocatiuum casum:quia nemo se uocat.sed quũ forte contigerit ut dicamus. o/ego o/ nos non tam pronominis ratione q̃ interiectionis.i.dolendi gratia cõtingit q̃ uocandi.Quæstio a qua declinatione ueniat quis,qđ significat quibus : & unde ueniat ipsum quibus cum dicimus. Sed dtũs pluralis cũ exit quis -ab abltõ singulari uenit: qui exit a quo,cum noiatiuus exit qui non quis:quomodo in nominibꝰ a docto doctis a iusto iustis,sic a quo qs.datiuus pluralis qui exit in bus.i.quibus ab ablatiuo uenit singulari:q exit a qui.quomodo in nominibus omnia quæ exeunt in ablatiuo in i-datiuũ pluralem in bus mittũt,sic in hoc pronomine a qui ablatiuo datiuo in bus quibus/eius nominatiuus erit quis nõ qui,quod antiqui cõmuni genere dixerunt hic & hæc quis, ab hoc & ab hac qui: ut adeo frequenter inuenimus lectum qui cum , quod significat cum quo uel cum qua .Nam Virgilius ait,quom de fœmina loqueretur, qui cum partiri curas ideſt cum qua partiri. Quæstio alia pronominis,quæ ita obscura est,ut uix a paucis soluatur, quare cum dicamus illud istud in genere neutro,utputa illud uel istud.templum,ipsud non dicamus sed ipsum: Sed quæ in e/ exeunt in masculinis,ipsa sunt,quæ genus neutrum sic fecerunt, ut illud istud ipm uero ideo non ipsud,quia apud antiquos magis in us intendebant nominatiuum generis masculini,ut diceret ipsus.hoc habemus in Terentio ipsus pamphilus dixit- non ipse pamphilus.Et quomodo in regula nominum omnia, quæ in masculino genere us habẽt nominatiuo singulari, in fœmini no a-habẽt- in neutro um.ut doctus docta doctũ-pius pia pium, sic ex nominum regula emanauit anologia: ut ab hoc pronomine(utputa quia ipsus dicebant antiqui)fiat in fœminino ipsa/in neutro ipsum:quomodo dicimus de nomine iustus iusta iustũ.

Pronomen quod dicitur idē & masculino & neutro ser
p uit.nam & idem homo dicitur, & idem tempus.is ,pno/
men sic declinabis is homo,eius,ei,eum,ab eo.Et plurali
ter.ii.eorum eis uel iis,eos eis uel iis.Fœminimum ea,eius,ei,eā,
ab ea.Et pluraliter eæ earum eis uel iis eas eis uel iis.Neutrum id
eius ei,id ab eo.Et pluraliter ea eorū iis uel eis,ea,iis uel eis.Ideo
uolui hoc pronomen declinatum esse:quia facit aliquibus dubi
etatem præcipue in accusatiuo casu.Vnde si tibi mētio fuerit no
minis naturalis in accusatiuo singulari sic dicis.utputa per idem
templum transeamus.per id pelagus nauigemus.per iter pergra
diamur:cui ad ornatum adiecta est em syllaba:& facit idem:non
quia aliud significet id,aliud idē:sed idē ornatius dicimus, quo/
modo quidam.dā syllaba ad ornatum accessit: nō quia aliud si/
gnificet qui,& aliud quidam. Sic isdem,sic eadem acceperunt
dem syllabam,non ut aliud significarent: sed ut euphonia esset.
At enim studium fuit omnibus musicare latinitatem: & id adde
re:quod in aures ꝰlaberetur:id demere quod rācidius offenderet
auditum.Dicta sunt de ,pnomine illa quæ paulo obscura uidere
tur.cætera .N.a diligētib⁹ artigraphis plene declinata sunt quæ
facile reperias.

DE VERBO.

ERBORVM Ratio ita lata ē,ut nominis:ita quoq;
inusitata est:ut in nominibus demonstraui. Namq;
u plurima in uerbis quæ rancidule audiebantur, poli/
ta sunt:ut per anomaliam mollius sonarent:q̄ per re
ctam regulam:quam postea dicemus.

Erba tribus modis accipimus,dicimus uerba pro falla
u cia,utputa dedit mihi uerba:dicimus pro sermonibus
quibusq; : ut fecit uerba Cicero. dicimus uerba hæc &
quæ per modos & tpa & personas declinamus.Sunt autem,prin
cipalia uerba actiua,passiua,neutra, communia, deponentia. De
cæteris uero dicemus istis catholicis & generalibus explicatis:
Actiua sunt,quibus nos aliqua agere significamus : ut lego is it:
scribo bis bit.Passiua sunt,quæ de actiuis nascunt:qbus nos pati
aliquid enūciamus,ut legor legeris tur.scribor, scriberis scribit.

Neutralia sunt quibus nos nec agere,nec patī aliqd demonstra/
mus,ut sedeo,Iaceo,sto,& alia in quibus nullum negocium est
nec agendi nec patiēdi.Cōmunia sunt quæ in or desinūt,nunq̄
in o & tam agere q̄ pati significant,ut criminor illum.criminor
ab illo.non enim dicimus crimino illum. Deponentia sunt,qꝝ
deponant passiuitatem & sumant actiuitatem cum passiue enun
cientur.i.r.littera,nihil tamen patiuntur,sed solum agunt, ut lu
ctor luctaris luctatur,conuiuor conuiuaris,loquor, nanciscor &
cætera talia .Sane illud monemur,quomodo in omnib⁹ maior
q̄titas est masculini & fœminini generis. neutri uero minor &
cōmunis,Sic & in uerbis multa fuerūt actiua multa æque & pas
siua non tanta neutralia,nec cōmunia,nec deponentia. Et ,ppter
hoc regula actiuoꝝ passiuorumq; in immensum tenditur.cæte-
rorum uero uerborum regulæ a diligentibus colliguntur. Ergo
diximus de generibus quot sunt,nunc dicendū de cōiugationi/
bus,per quarum regulas omnia uerba sine offensione sundūtur.
quas coniugationes siquis animaduerterit diligēter quasi ex ua
do uitiorum emergens citius ad postem latinitatis accederet.&
Quærendum est autem de illis quæ sunt & ubi quærantur.quo
proficiant.i.qui te doceant cauere.

Vnt autem.a.e.i.Sed hæc tertia tam correpta est q̄ pro
ſ ducta. Sed correpta aliam uim habet præsentis sui. aliā
productam diximus. Quot sunt & quæ sint dictum est.
Vbi quærantur.Queruntur aūt indicatiuo modo tempore præ/
senti secūda persona ante nouissimam litteram, sed in actiuis &
neutralibus in aliis uero trib⁹ uerbis passiuis & cōmunibus & de
ponentibus ante nouissimam syllabā,quod ut scias apertius in-
timabo . Dixi.n.ubi quærendū sit.Restat quarta pars quæ nos
docet quare inuentæ sunt.i.ob quā utilitatem.Earum igitur uti
litas duplex est docet te de futuro tempore,quādo in am syllabā
exeat:qñ in bo.docet iterum infinitum modum qñ corripitur:
quādo producitur.Ergo redeamus ad primam cōiugationem &
de eadem lucidius tractemus.

Rima coniugatio : quæ est .a. quæritur in actiuis &
p neutralibus uerbis ut diximus an nouissimā litteram
in secūda psona uenit ab his quattuor modis ab o ut

clamo clamas clamat,ab eo,ut cõmeo cõmeas cõmeat. ab io ut lanio as at.ab uo ut fluctuo as at. Atqui cognoscis utiq; primam esse iam q; te doceat,hinc atttentius considera, ut talia quom in bo mittas futurum tempus ipsoꝝ ut clamabo, dicas laniabo flu/ ctuabo comeabo.Ecce docui te de,pmissiuo tpe de infinito doce bo te.Et quia,pducere debes eũ:dicas clamare laniare,fluctuare, cõmeare,ut ante re nouissimam a/littera produci possit:semper dicimus de prima deinde de secũda, quæ dicit e-& uenit abuno mõ id est ab eo tm̃,ut terreo terres:doceo doces præbeo præbes sedeo sedes hæreo hæres.Ergo & hæc quomodo supior parem regulã dat,ut,pmiscuum modũ in bo mittat ut tenebo docebo, præbebo,sedebo habebo.Et sic omnia huius regulæ obseruabis. Sic etiam infinitum ,pducit quomodo prima cõiugatio terrere, docere,monere,sedere.Ergo duæ istæ parẽ regulam habent.Re manet tertia cõiugatio quæ tam producta q̃ correpta,quæ & ipa quæritur ubi etiã superiores:sed in actiuis ut diximus & neutris uerbis.Venit autẽ ab his modis ab o-ut lego legis,scribo scribis, ab io ut rapio rapis,acio acis. ab uo ut ruo ruis, fluo fluis, Ergo & hæc te docet ut futurum tempus mittas in am non in bo quõ superiores,& facit am ut legam scribam.nec dicas faciebo,scribe bo,legebo.quia tertia cõiugatio.Nam semper ,pmissiuum tem/ pus mittit in am.Quam cõiugationem,ut dixi quæris in secũda psona ante nouissimam litteram.Infinitum uero modũ corripit ut legere facere,scribere ruere.nõ quõ supiores,pducit,quantum aptius dictum est,potuit de tertia correpta. Nunc attẽde quæ sit ratio tertiæ productæ uel quomodo potest discerni a tertia cor/ repta,quum utraq; in uno i/constent:quod ante nouissimam lit terã est.puta exẽpli gratia-dicim⁹ fugio fugis.& sentio sentis p is unde hẽs intelligi utrũ correpta an,pducta sit. hoc intelligit sic. i.de ipatiuo mõ si exeat in i/a tertia ,pducta uenit ut sentio sentis iperatiuo mõ senti facit. Haurio ipatiuo modo auri facit seruio seruis,imperatiuo modo serui facit.Tertia uero correpta.licet si- mili forma exeat tamẽ hoc discernitur de ipso imperatiuo. quẽ semper in e mittit ut fugio fugis fuge facit ruo ruis rue facit. Er go discernuntur sic:quia correpta in e-mitti t imperatiuum,pdu cta in i.Sed quid docet ipa tertia producta attende cuius futurꝝ tẽpus etiam ẽ in bo,sed magis in am: utputa de futuro si dicim⁹

seruio seruiã & seruibo,nescio nescíam & nescibo.Infinitũ uero ,pducit semp utputa aurire,sentire,nescire. Nam regula est acti- uorum & neutraliũ uerboꝝ ut in quacunq; cõiugatione addas re syllabam ad imperatiuum modum,utputa prima coniugatio ne exit imperatiuus in a/ut clama uoca,lania, adduce re:& facit infinitiuum clamare laniare uocare. A secunda coniugatione exit imperatiuus productus in e-huic adduce re : & facit infini- tum mone monere, doce docere, præbe præbere. A tertia con/ iugatione correpta exit imperatiuus in e correptam, hui adduce re:& facit infinitum ut scribe scribere,lege legere, tolle tolle/ re. A tertia cõiugatione ,pducta imperatiuus exit in i-huic addu ce re:& facit infinitũ,seruí seruire,audi audire,hauri haurire.Sed quæstio de dic duc & fac.Nunq̃.n. addita re itegre sonauerit in/ finitiuus:sed hoc usu plurimum ualuit.Nam Virgilius dicit dice & Terentius face,quibus si addiicias re,faciunt integre sonare in finitiuum modum dicere,facere,ducere.

h Abunde dicta sunt de coniugationibus actiuoꝝ neu raliumq;.quæ quæruntꝰ ut diximus in secũda psona ante nouissimam litteram nunc restat de passiuorum cõmunium & deponentiũ uerboꝝ coniugationibus dicere,quæ queruntur ante nouissimam syllabam non litteram, utputa clamor clamoris:ante ris syllabam a/ habet prima coniu gatio:quæ in bor habet mittere promissiuum:ut clamabor cla/ maberis clamabitur clamabimur clamabimini clamabuntur.In communibus primæ coniugationis utputa criminor crimina/ ris,a ante ris syllabam in bor habet mittere promissiuum:ut cri/ minabor criminaberis criminabitur criminabimur criminabi/ mini criminabuntur. In deponentibus primæ coniugationis ut luctor luctaris ante ris syllabam a- littera est. quæ in bor mittit promissiuum modum: ut luctabor luctaberis luctabitur, lucta/ bimur luctabimini luctabuntur. Diximus de prima coniuga- tione passiuorum,communium,deponẽtiumq; uerborum:quæ ante nouissimam syllabam quæruntur,Nunc deinde de secunda coniugatione ipsorum uerborum : & quæ similiter illic quæ/ runtur. Vbi primum in passiuis : ut moneor moneris ante ris e- sed inuenimus quæ est secunda coniugatio:quæ in promissiuo

tempore exit in bor, ut monebor moneberis monebitur monebimur monebimini monebuntur. In cõmunibus uereor uereris ante ris e inuenies. quæ mittit, pmiſſiuũ in bor ut uerebor uereberis uerebitur. uerebimur uerebimini uerebunt cõe eſt. N. ut uereor te. uereor a te. In deponentibus ut medeor mederis ante ris e inuenies: quia futurum tempus in bor: ut medebor medeberis medebitur medebimur/ medebimini medebũtur. Remanet tertia coniugatio: cuius locum impleuit quarta littera correpta: ut in paſſiuis legor legeris legitur: ante ris e. eſt. Sed quia correptum eſt locum tenet per. i. ſic per hoc ante e/ correptũ eſt quod cedet & per. i. quoniam in actiuis promiſſiuum modum in am mittit non in bo: ſic in paſſiuis in ar mittit. nõ in bor ſic in cõib9 & deponẽtibus: utputa ſequor ſequeris ante ris e/ correptum eſt pro in ul. repto mittit promiſſiuum in ar, ut ſequar dicas non ſequebor. Remanet tertia coniugatio producta utputa in paſſiuis: ut nutrior nutriris: ante ris. i. productum habet. Ergo quia eſt exit in ar ut dicamus de futuro ut nutriar & producta exit in bor ut dicamus & nutribor. Ergo ſic obſeruabis in cõmunibus & deponentibus. Infinitus uero ipſorum uerborum a prima coniugatione ſecunda tertia producta in ri exit: utputa a prima ut clamari: a ſecunda ut moneri, a tertia producta nutriri. A tertia uero correpta nunq̃ exit in ri ſed in. i. utputa legi dicimus infinitiuo & ſcribi non legeri, & ſcriberi. Sic ungi nõ ungeri: quia ungo dicimus non ungio. Nam quomodo de ungeri & ungi habita quæſtione: quid diceremus, ne ſic de tergeri & de tergi: ſed infinitiuo tergeri non tergi, quia Indicatiuo tergeo facit: nõ tergo ſic in cæteris obſeruabis, ut ubi inueneris ſecundam coniugationem ri habere infinitiuo modo eo dicas indicatiuo actiuæ ſignificationis caueri-doceri, terreor, terreri, coherceor, coherceri, licet pauca primæ coniugationis in eo exeant indicatiuo actiuæ ſignificationis, utputa meo meas, beo beas, laqueo laqueas, nauſeo nauſeas enucleo enucleas, creo creas excreo excreas, eodem modo queo & eo, quæ duo tm̃ tertiæ coniugationi ceſſerunt ad productum. Sunt autem pauca uerba, quæ magis per anomaliã dicuntur, ut fero fers, uolo uis, ſum es, edo es. Quantum ratio poſtulauit de coniugationum ordine tractauimus. Nunc de participiis pauca dicenda ſunt.

Participia dicta ſunt: q̃ partem capiãt nominis: partemq̃
p **uerbi. Trahunt enim a nomine caſus, a uerbo tempora: utputa legens lecturus. Ecce. n. tractum a uerbo aliquid ideſt tempus. Nam legens præſentis temporis participium eſt: lecturus futuri: & declinantur quomodo nomina: utputa ſic. legẽs huius legentis huic legenti: & ſic per omnes caſus declines tã ſingulariter, q̃ pluraliter. Sic & hic lecturus huius lecturi huic lecturo &c. Ecce traxit a nomine declinationem. Sane omnia participia in præſenti tempore, aut in ans exeunt: & ueniunt a prima cõiugatione: ut amans, clamans: aut in ens: & ueniunt a ſecũda uel tertia correpta, uel producta: ut metuens, legẽs, ſeruiens. Nã mœrens a ſecunda coniugatione eſt: legens a tertia correpta: ſeruiẽs a tertia producta: futuri temporis participia ſemper in rus exeũt ab omnibus uerbis: niſi paſſiuis: præteriti temporis ſemper aut in tus, aut in ſus, aut i xus. In tus, ut lectus, ſcriptus, amatus. In ſus ut falſus, lapſus. In xus ut nexus. eſt unum in uus ut mortuus futuri temporis. Participia a paſſiuis, uel cõmunibus ſemper. Nam deponens nunq̃ habet duo futura. neq; enim dicimus luctandus ẽ ille, aut naſcendus: ſed habet unum: ut luctaturus, nociturus, locuturus: licet apud ueteres talia quoq; cõis generis reperiantur. Sane regula eſt. Participia omnia præſentis temporis generis eẽ omnis: ideſt quæcunq; exeunt in ans: quæq; in ens: ut hic & hæc & hoc amans, legens, ſeruiens.**

DE ADVERBIO

Duerbia aut ab aliis ueniũt: aut ex ſe: ſũt loci tpis: utputa
a **loci hic iſtic illic &c. quæ locum ſignificãt. Temporis ut hodie cras heri &c. quæ tempus ſignificant. Ab aliis aduerbia ueniunt: aut a nomine, aut a participio: ut a docto docte: a iuſto iuſte. Sane aduerbiorum biformis regula eſt. ablatiuo. n. diriguntur aduerbia. nam ſi habuerit ablatiuus o-aduerbium in e-mittit ut ſupradictum eſt a docto docte: a iuſto iuſte: ab impio impie a religioſo: religioſe. Si uero ablatiuus in -i- exierit aduerbium in ter exierit: ut a ſimili ſimiliter: ab agili agiliter: a uelocꝭ uelociter: a forti fortiter: a grandi granditer:**

DE PRAEPOSITIONE

Ræpoſitiões notæ ſunt accuſatiue,& ablatiue: utputa
p præpoſitio maſculinis,ut ad illum uado:fœmininis ad illam uado. In neutris ad illud uado tẽplum, uel theatrũ. Et pluraliter in maſculino ad illos,in fœminino ad illas,in neutris ad illa templa uado. Sane ſi tibi per hoc nomen interrogatio fit:utputa ſi dico ad quẽ uadis?ad quam?ad quod? In plurali uero uide ne dicas ad templa uadis, ſed ad quæ templa, ſic ad quæ loca pergis?ſic ad quæ palatia?ad quæ ſpatia: & alia ſimiliter.In ablatiuis autem dicimus a te uenio : ſic ab illo a theatro. ab illa,a nobis ab ædibus,ab illis uenio.remanent præpoſitiões utriuſq; quæ diſcernũt de motu,& ſitu, De motu utputa quo is? uides quia mouet.ſed quid reſpõdebitur?ad actum caſum, ut dicas in forum,in templum.in balneum.Si uero ſitus eſt: & ſignificat ſe fuiſſe alicubi,in ablatiuo reſpondebis, ut dicas in foro fui. Ergo tu ſic attende:ut ſi fuerit alicubi reſpondeas:ablatiuo ſi adhuc uelis ire accuſatiuo.Abunde dictum ſit de præpoſitionibus. Nam cætera habemus in artibus pleniſſime dicta.

Rhemnii Palæmonis grammatici libello FINIS

ARS ASPRI IVNIORIS GRAMMATICI.

RS Eſt comprehenſio præceptorum ad utilitatẽ uſui accomodata per artificis ſui exercitationem,medendi ut medici: declamãdi
a ut thetoris:legendi ut grammatici. Grãmatica eſt ſcientia recte ſcribendi, & nunciãdi, interpretandiq; poetas per hiſtoriam formatam ad uſum,rationemq; uerborum. Quod Terentius etiam Varro primum:ut adhuc tu dem,appellatam eſſe dicit litteraturam.

DE LITTERA

I ttera eſt minima pars uocis explanatæ.Sũt autem ut eti
l am ratiocinatore uſu receptum eſt.litteræ latino ſermoni accommodatæ una &.xx.quibus græcorum accedũt duæ.z.&.y.Nam Mezentium,& Hylam,& alia nobis peregrina nomina ſcribere & enunciare proprio ſono non poſſumus.Litterarũ aliæ uocales ſunt,aliæ cõſonantes.Vocales quinq; a e i o u. Conſonantium aliæ ſemiuocales .y ii. f l m n r ſ x. Mutæ.y iii:b c d g h k p q t. item h in earum numerũ redigitur: quãdo nõ aſpirationis,ſed litteræ loco ponitur. Littera tribus modis intelligitur nomine:quo enunciatur:poteſtate:qua ualet:figura qua ſcribitur.Syllaba eſt litterarum inter ſe coeuntium una iũctura, uel enunciatio litteræ uocalis adiũctione temporis . Syllaba autem ſine uocali littera,uel litteris non poteſt fieri.Syllabarum aliæ lõgæ,aliæ breues. Longæ aut natura ſunt, aut poſitione : & habent bina tempora.Natura duobus modis intelligitur:aut cum uocalis per ſe longa eſt:aut cũ uocalis uocali inter ſe iunctæ,pducunt ut ae.Poſitiõe longæ ſyllabæ fiunt modis octo.Primo modo quotiens deſinit in conſonantem:& excipitur ab altera cõſonante:ut Arma uirumq; cano.Ar.n. ſyllaba poſitione fit longa: quia definit in conſonantem.r.& excipitur a conſonante.m. ita & Arma ui-dactylus:qui conſtat ex longa , & duabus breuibns. Secundo modo fit longa ſyllaba:quotiens deſinit in duas conſonantes,ut Aſt ego quæ diuum incedo.Aſt.n.poſitione longa eſt,quia deſinit in .s/ &.t.ambas conſonantes.Tertio modo lõga ſyllaba eſt poſitione,quotiens excipitur a conſonatibus duabus

ut atrides. Nã & si/a/correpta est, tñ positione fit lõga, qa sequ
&-r/Quarto mõ quotiẽs desinit syllaba ĩ duplicẽ litterã, ut ex i
lo celebratus honos. Quĩto quotiẽs syllaba excipit a duplici lr̃a
ut Exulib⁹ne dar̃ ducẽda Lauinia teucris. Sexto quotiẽs excipit
a uocali cõsonãtis loco posita. ut At uero ingẽtẽ q̃tiẽs Mezẽtius
hastã. Septio quotiẽs desinit syllaba in uocalẽ loco consonantis
positã & excipit a consonãte, ut Audieras & fama fuit. Octauo
mõ quotiẽs syllaba a uocali excipit consonantis loco posita: ut
Troiaq; nũc stares Priamíq; arx alta mãeres. Breues sũt syllabæ,
q̃ uocali correpta efferũt, & hñt tpa singula. DE PEDIBVS

Edes simplices sunt. xii. Bisyllabi, hoc est binarum syllabarum quattuor. Pyrrhichius/ Spondeus-Iambus/ Trocheus-Trisyllabi, hoc est ternarum syllabarum octo, Anapestus. Dactylus, Brachysyllabus, Molossus, Amphibrachus. Creticus, Bacchius, Palimbachius. Pyrrhichius constat ex duab⁹ bre/uibus, & est minimus, solusq; duo tempora habet, ut est homo. Huic contrarius est Spondeus, qui constat ex duabus longis, & habet tempora quattuor, ut est moles.

Iambus constat ex breui & longa temporum trium ut apes. Huic cõtrarius ẽ Trocheus, q cõstat ex lõga & breui tẽporẽ triũ ut uenter, Anapestus cõstat ex duab⁹ breuibus & lõga temporum quattuor ut aries. Huic cõtrarius ẽ Dactylus q constat ex longa, & duab⁹ breuibus temporum quattuor ut cælifer. Brachysyllabus: quẽ quidã Tribrachũ uocãt: qui cõstat ex tribus breuibus tẽporẽ triũ, ut iaculũ. Huic cõtrarius est Molossus, q cõstat ex tribus lõgis, & ẽ de simplicibus pedibus maxius tẽporẽ sex, ut æneas. Amphibrachus cõstat ex breui & lõga & breui tẽporẽ q̃ttuor ut amicus. Huic cõtrarius ẽ Creticus: quẽ & Amphimacrũ appellant, q cõstat ex lõga, & breui & lõga temporũ qnq; ut insulæ. Bacchius constat ex duab⁹ longis, & breui tẽporẽ qnq;, ut Romanus. Huic contrarius est Palimbachius ex breui, & duabus longis tẽporum quinq; ut Achates.

DE PARTIBVS ORATIONIS.

p Artes or̃onis sũt octo. Nomẽ, pnomẽ, uerbũ, aduerbium, participium, coniunctio, interiectio. DE NOMINE.

n Omẽ est ps or̃onis, q̃ res q̃q; appellat̃, siue ẽ aĩalis, ut homo, Cato-siue inanimalis-ut arbor/lapis. Siue ẽt ĩcorporalis/ut perfidia, clemẽtia. Nomini accidunt qnq;. Qualitas Genus-Numerus-Figura-Casus. DE QVALITATE.

q Valitas nominis bipartita est. Aut. n. propria sunt nomina, aut appellatiua. Propriorum alia prænomina dicuntur. ut. C. Caius. M. Marcus. Alia gentilia ut Iulius, Portius. Alia cognomina. ut Cæsar. Cato. Alia agnomina. ut Numidicus. Germãicus. Sũt & unica ut romulus, & bĩa ut Paris, Alexãder, & q̃ oĩa unius sunt, ut Publius, Cornelius Scipio Africanus. Appellatiuorum alia animalia dicuntur, ut hõ bos. Alia inaĩalia ut arbor lapis. Alia incorporalia ut sapiẽtia, prudẽtia. Alia gentẽ significant ut gallus-græcus. Alia numerũ. ut duo tres: Alia ordinẽ ut secũdus-tertius. Alia sunt primæ positionis. ut ager, capra. Alia deriuatiua ut agrarius, caprarius. Alia diminutĩa ut catulus catillus. Alia ad aliqd ut pr̃/mr̃. Alia q̃litatis-ut sapiens-doctus. Alia q̃titatis ut lõgus-latus-in qb⁹ duo frequẽtissima cõparatio/& suplatio expectat̃. Est. n. absolutũ, ut doctus, lõgus. Cõparatiuum/ut lõgior-doctior. Suplatiuũ ut doctissimus-lõgissimus.

DE GENERE.

g Enera noĩum sũt qnq;. Masculinũ ut hic Cato. Fœmininũ ut hæc Portia. Neutrũ ut hoc scãnũ. Cõe aut duobus generib⁹ ut hic & hæc sacerdos-aut trib⁹ generibus ut hic & hæc & hoc elegãs. Promiscuũ, ĩ quo aut masculina sunt semp ut coruus/turdus/aut semp fœminina. ut Aqla-Cornix. DE NVMERO.

n Vmeri accidũt duo. singularis ut hic Cato. Pluralis ut hi Catones. Cõis ut dies nubes. Sunt quædã noĩa semp singularia/ut aur̃-oleũ. Quædã semp pluralia ut puteoli, faturnalia. Alia forma singularia, sed ui pluralia. ut populus/exercitus. Alia cõtra forma pluralia ui singularia: ut idus Nonæ.

DE FIGVRA.

f Igura noĩum duplex ẽ. aut. n. simplicia sũt noĩa, ut, pbus aut cõposita nt ĩprob⁹. Cõponũtur ãt noĩa mõis q̃ttuor. Aũt. n. ĩtegra corruptis iũgunt̃ ut ĩsulsus. aut corrupta corruptis: ut Armiger: aut ĩtegra ĩtregris ut impotens: aut corrupta integris ut Armipotens. DE CASV.

c Asus noĩum sunt sex. Ntũs ut hic Cato. Gtũs hui⁹ ca. Dahuic ca. ac. hũc catonẽ. Vo. o ca. ab. ab hoc catõe. addũt & septimũ casum ueluti cũ dicim⁹ nos terra uel mare-ue/ctos, q spẽm ablatiui hẽt, nec tñ est. Ipse. n. aliquotiens p actũm liquidius explicat̃ nõ utiq; terra uel mari uectos. sed per terram

uel mari uectos. Ex hoc ſenſu eſt. Multum ille & terris iactatus & alto. Sunt quædam nomina, quæ non flectuntur in uarios caſus declinata, ſed una appellatione per omnes articulos efferũtur, ut frugi, nequam, quæ græci monoptota appellant. Sunt quæ declinationem omnino in quoſdam caſus non recipiũt, ut fas nefas tantum per nominatiuum. & ſpõte tantum per ablatiuum in uſu habetur.

DE PRONOMINE

Pronomen eſt pars orationis, quæ idem quod nomẽ, ſed minus plene ſignificat. Pronomini accidunt qualitas, ſignificatio, poſitio. genus, numerus, ordo, figura, perſona, caſus. Qualitas eſt quia aut ſunt infinita pronomina, ut quis, aut finita, ut ipſe. Significatio pronominum in octo partes diuiſa ẽ, aut enim perſonam ſignificãt, ut quis, quæ, aut rem ut hoc, iſtud. aut gentem, ut cuias noſtras, aut numerum ut quot tot, aut ordinem ut quotus, totus, aut qualitatem, ut qualis, talis, aut quantitatem, ut quantus, tantus, aut ad aliquid ut quidam quædam, aut utraq; ſingularia ſunt ut meus, tuus, aut utraq; pluralia, ut noſtri ueſtri, aut extrinſecus ſingularia, ut noſter, ueſter: aut intrinſecus pluralia. ut mei tui. Poſitio eſt, qua ſpectatur uttrum interrogatiua ſint pronomina, ut quis uter, aut reſponſiua. ut hic, iſte aut ſegregatiua, ut quiſquis, uterque aut priuatiua nequis, neuter nemo, nihil. Numerus pronomini accidit ſingularis, ut ego quis, pluralis ut nos quanti. Communis ut quæ quanta. Numerus apud græcos propter dualem numerum modos habet nouem. In ſermone noſtro quattuor. aut enim unius numerum ſignificamus. ut meus, tuus, aut multos multorum. ut noſtri ueſtri, aut unum multorũ/ut noſter/ueſter, aut multos unius ut mei/tui-ſui. Ordo accidit pronominibus. Nam aut præpoſitiua ſunt pronomina/ut quis- quantus, aut ſubiunctiua ut is tantus. Figura pronominum duplex eſt. aut ſimplicia ſunt pronomina/ut ego, tu aut compoſita. ut egomet, tumet. Perſona pria ut mei mihi, Secunda ut te tibi, Tertia ut ſe ſibi. Perſona finitis tantum pronominibus accedit. Infinitis nunquam. Caſus ſunt ſex. Nominatiuus ut quantus. Genitiuus, ut quanti. Datiuo ut quanto. Accuſatiuo ut quantũ. Ablatiuus ut quanto. Vocatiuuus ratus eſt. Sed tamen inuenitur ab eo quod eſt meus o meus.

DE VERBO.

Verbum eſt pars orationis actum, aut paſſiuitatem cum tẽpore & perſona ſignificans. Verbo accidunt qualitas ſignificatio, numerus, figura, tempus, perſona, coniugatio. Qualitates ſunt quinq;. finita ut lego. Imperatiua ut lege. Optatiua ut utinam legerem. Adiunctiua cum legam. Infinitiua ut legere. Significationes ſunt quinq;. Actiua ut lego. Paſſiua ut legor. Neutra quæ habet ſpeciem actiuæ, ſed non habet uim, quia non habet paſſiuitatem, ut curro. Deponens quæ habet ſpeciem paſſiuæ, ſed non habet uim: quia non habet actiuitatem, ut ſuſpicor. Cõmunis quæ & agendi, & patiendi pariter obtinet interpretationem/ut conſolor illum, & conſolor ab illo. Numeri duo ſingularis. ut lego, pluralis ut legimus. Figuræ ſunt ſeptem. Simplex ut lego, compoſita ut relego, Inchoatina ut caleſco. frequẽtatiua ut lectito. Deſideratiua ut dormito. Imperſonalis. ut piget tedet, & alterius formæ ut ſtatur. Paragoga, ut faceſſo, laceſſo, capeſſo. Tempora ſunt tria, præſens ut lego. Præteritum ut legi. Futurum ut legam. Præteritum rurſus diuiditur in præteritum imperfectum ut legebam, pluſquamperfectum ut legerã. Perſonæ ſunt tres. Prima ut lego. ſecunda ut legis. tertia ut legit. Coniugationes ſunt quattuor. Prima ſi quando uerbum finitiua qualitate ſingulari numero præſenti tempore ſecunda perſona per a &/ſ. littera enunciatur ut laudas. Secunda cum per eundem uerbum in. e. &. s. litteras terminatur ut ſedes. Tertia cum idem uerbum &/i. &/ſ/litteris exit, ut curris, & producta ut uenis. Quarto cum aliquolibet modo uerbum effertur, ut odiſti, meminiſti.

DE ADVERBIO.

Duerbium eſt pars oratiõis, quæ uerbi uim explicat, ut ſcribo bene. Aduerbio accidit ſignificatio: poſitio, figura, qualitas, quantitas. Significatio eſt in aduerbiis, cum expectamus qd ſignificetur. Nam aut locum oſtendunt, aut tempus, aut numerũ aut ordinem. Locum ſignificãtia aduerbia aut in loco ſunt, ut intus, aut ad locum ut intro, aut per locũ ut hac, aut e loco ut hinc. Tempora quæ ſignificant aduerbia, aut infinita ſunt, ut aliquãdo nuper, iam, alias, iampridem, quondam, aut finita ut hodie, nunc, cras, perendie, aut inconfuſo finita ut olim, mox, tandem, ſæpe, ſubito, repente, aut perfecta inconfuſo, ut cottidie, ſemper, interea.

Aut ſunt præſentia,ut cũ maxime nunc. Aut numerũ ſignifican tia aduerbia,ut ſemel.bis,ter. Aut ordinẽ,ut iterum tercio,quar to. Sunt aduerbia etiam negandi:ut non,haut. prohibẽdi ut ne. Aut promittendi,ut etiam quidni. Aud demonſtrandi, ut en ec ce. Aut optandi,ut utinam. Aut interrogandi,ut cur quid,quare nempe. Aut ſimilitudinis ut ita,perinde,ueluti,ceu,itidem,quaſi, qualiter & aliter. Et dubitandi.ut fortaſſe. Aut perſonaliter fiunt ut mecum tecũ,aut electiue ut potius:aut diſcretiue ut ſeorſum. Et congregatiue,ut una pariter ſimul. Aut declinatiue,ut fundi/ tus:& quæ hiis proxima ſunt:ut meatim,tuatim,raptim,ſenſim, tornatim,tractim. Aut ſunt hortandi.ut eia, Aut uocandi, ut he, us. Aut reſpondendi,ut heu. Aut euentũ ſignificant,ut forte,for tuitu. Aut ab animo ſumitur,ut ſapienter, docte. Aut a corpore, ut ualẽter. Aut extrinſecus,ut bene,fortunate,nobiliter: Aut mo dum ſignificant,ut ſatis largiter,nimis,parumper,plene,uaſte. Poſitio accidit in aduerbiis cum quædã præpoſitiua ſunt,ut qua liter,quædam ſubiũctiua,ut taliter. Figura aduerbiorum duplex eſt. Aut enim ſimplicia ſunt aduerbia ut probe,aut compoſita ut improbe. Qualitas,& quantitas accedunt aduerbio cum aut ab/ ſoluta ſunt aduerbia,ut bene,alte,aut comparatiua,ut melius,al tius. Superlatiue ut optime,altiſſime.

DE PARTICIPIO.

p Articipium eſt pars orationis partem a nomine, partem a uerbo capiens a nomine genus & caſum:a uerbo tem/ pora,& ſignificationem,ab utroq;,numerum,& figuram. Participio accidũt ſex. Significatio.tempus.figura/genus.nume rus caſus. Significationes ſunt quinq;. Actiua quæ habẽt duo tẽ pora præſens,& futurum.ut legens & lecturus. Nam ſemper ca/ ret præterito. Paſſiua quæ habent duo tẽpora,præteritum,& fu/ turum.ut lectus,& legendus. Nam præſens non habet. Neutra q̃ habẽt præſens & futurum.ut ueniens uenturus. Deponens quæ habet tria tempora,præſens,præteritum,& futurum:ut ſuſpicãs, ſuſpicatus,& ſuſpicaturus. Cõmunis:quæ habet tempora quattu or,præſens,præteritum,& duplex futurum,ut conſolans,conſo latus,conſolaturus,conſolandus. Tempora participiis accidunt tria,præſens.ut legens,præteritum ut lectus,futurum ut lecturus & legendus. Animaduertendum autem de temporibus eſt:& ſi/ gnificationibus participiorum:q; neq; actiua præterita,neq; neu tra,nec paſſiua præſentia recipiunt. Figuræ ſunt duæ ſimplex, ut legens.compoſita ut relegens? Genera ſunt quattuor maſculinũ ut lectus,fœmi.ut lecta.neutrum ut lectum. Cõmune ut legens. Numeri ſunt duo ſingularis ut legens,pluralis ut legentes. Ca/ ſus ſunt ſex. Nominatiuus ut legens,Ge.ut legentis Da.ut legẽ/ ti Ac.ut legentem Vo.ut o legens. Ab.ut a legente.

DE CONIVNCTIONE.

c Oniunctio eſt pars orationis copulans,ordinanſq; ſentẽ tiam. Coniunctioni accidunt uis,figura,ordo. Vis eſt cũ Aut cõplectendi ſunt cõiunctiões:ut et:quæ atq;: Aut diſ iungendi ut uel,nec aut/ue.ne.cæterum. Aut dubitandi ut ſiue ſeu/ſiquidẽ, Aut repetendi ut ſed Aut ad aliquid ut magis. Aut rationales ſunt ut quia.ideo/propterea/enim. Aut uincũt ut im mo. Aut conſentiunt ut etiam.ut cõparant Aut tam/ Aut ſubiici unt ſententiam/ut equidem enim/uero, Aut compellunt ut ſal/ tem/tamẽ/uidelicet. Aut concludunt quarum tres ſunt ſpecies: Relatiuæ ut q̃q̃.q̃uis/&ſi. Prælatiuæ.ut ſi.ſin. Sunt & mediæ hoc eſt quæ inchoant ſententiam:& includunt:ut et:atq;:quas gene/ ralitet complecti diximus. Aut connexiuæ ſunt coniunctiones/ ut igitur/ergo.proĩde/itaq;/præſertim.quatenus. Aut rationati/ uæ ut quoniam/quidem.quãdoquidem. Aut ſupernexiuæ ut ſi/ militer. Nam omnes ſuis nominibus deſignari nõ poſſunt pro/ pter multitudinem generum:aut ſubtilitatem diſcriminum:qui bus aliæ ab aliis differunt. Sed ex his omnibus has quas enarra/ uimus:maxime uſurpant. Figura coniunctionũ duplex eſt. Nam aut ſimplices ſunt.ut uti, ſi aut compoſitæ.ut utinam ſiquidem. Ordo coniunctionibus accidit:cum quaſdam in principio po/ nere poſſumus:ut q̃q̃/quaſdam nõ poſſumus, & ſemper ſubiici/ mus,ut q;,ue.

DE PRAEPOSITIONE.

p Ræpoſitio eſt pars oratiõis,quæ præpoſita aliis partibus orationis uim & ſignificationem eius adiuuat. Præpoſi/ tiones ſunt propemodum a.ab.cum/de.di.diſ/per/ præ/

in ex,inter,præter,propter,apud,penes, trans,ante, ſine,erga, c
ſubter,am,con,e,pro,poſt,circum.Certus uero numerus propt
difficultatem diſcriminandorum ab aduerbiis,& coniunctiom
bus ſignificatuum non poteſt comprehendi. Indubitatæ tamen
præpoſitiões exiſtimantur ablatiui caſus.vii.a.ab.de/pro.ex/cũ.
præ.Accuſatiui autem adnixæ plerũq; aduerbiorum uim habẽt.
Suntq; omnino.xi.ad.per.ob.poſt.trans.apud.penes.ante.pro/
pe.præter.intra.Vtriuſq; caſus ſunt duæ.in.et.ſub.Aliæ præpo/
ſitiones nunq̃ ab aliis partibus ſeparantur:& non niſi uerbis,par
ticipiiſq;, & aduerbiis participiorũ. Iunguntur uerbis ſic cõcur
rit,recurrit.participiis ſic concurrens.Aduerbiis:ſic:compoſite,
requiſite,diſiecte,conſtricte.Aliæ omnino aliis partibus oratio/
nis carere non poſſunt:ut cum,apud,penes,neq; aliis q̃ caſibus iũ
guntur,ideſt nomini,pronomini,participio,ut cũ Ciceroẽ,cum
illo,cum delecto.apud Ciceronem,apud illum,apud delectũ,pe-
nes Ciceronem,penes illum,penes delectum. Conueniunt autẽ
hæ aut accuſatiuo,aut ablatiuo caſibus.aliæ ſeparari,aut iũgi poſ
ſunt.ut ſub.in.ex.ſeparant hoc modo ſub monte,ex mõte,i mõ/
te.Adiunguntur ſic,ſubſcribit,irrepit. excurrit

DE INTERIECTIONE.

Nteriectio eſt pars orationis affectum animi ſignificans,
i aut indignantis ut hae,aut timentis,ut hui,aut recordã/
tis ut hem,aut ſilentium iniungentis,ut iſt,aut immutan
tis,ut at at,aut admirãtis,ut pape,aut,phibentis,ut ah ah,aut con-
quirentis ut hah,aut gementis,ut uoi, uae,ut refectionis,ut euax,
aut irridentis:ut bom,bax,ba,bo,uua. FINIS.

AELII DONATI GRAMMATICI DOCTISSIMI EDITIO PRIMA

DE VOCE.

OX Eſt aer ictus ſenſibilis auditu q̃uãtum in
ipſo eſt. Omnis autem uox,aut articulata eſt,
aut confuſa.Articulata eſt:quæ litteris cõpre/
u hendi poteſt.Confuſa,quæ ſcribi non poteſt.

DE LITTERA.

Ittera eſt pars minima uocis articulatæ. Litterarum aliæ
L ſunt uocales,aliæ conſonantes. Conſonantium aũt aliæ
ſemiuocales,aliæ mutæ. Vocales ſunt:quæ p ſe quidem
proferuntur,& per ſe ſyllabam faciunt.Sunt autẽ numero qnq;.
a/e.i/o.u/Harum duæ ſcilicet.i.&.u.tranſeunt in conſonantium
poteſtatem:quum aut ipſæ inter ſe geminantur, aut quũ aliis uo
calibus iũgunt.ut Iuno,uideo,ueritas,uates. Hæ autem mediæ
dicunt quia in quibuſdã dictionibus expreſſum ſonũ nõ habẽt.
.i.ut uir.v.ut optum⁹. Extra quã formã.v.littera interdũ nec uo
calis habetur,nec conſonans,quũ inter.q.litterã conſonantẽ, &
aliquam uocalem conſtituitur,ut quoniam quidem.Huic etiam
digãma aſcribi ſolet,quũ ſibi ipſa præponitur.ut ſeruus, uulgus.
Nam.i.litteram geminari in una ſyllaba poſſe plurimi negant.
Latinæ uocales omnes produci,& corripi poſſunt. Atq; his ſolis
aſpirari quidam exiſtimant.Semiuocales ſunt,quæ per ſe quidẽ
proferuntur,ſed per ſe ſyllabam non faciũt. Sunt autem nume/
ro ſeptem.f.l.m.n.r.s.x.Ex his una duplex eſt.x.Et liqdæ quat-
tuor.l.m.n.r.Ex quibus.l.&.r.faciũt cõmunem ſyllabam.Et.s.
littera ſuæ cuiuſdam poteſtatis eſt,quæ in metro plerũq; uim cõ
ſonantis amittit.Item ex his ſemiuocalibus ſeptem.f.littera ſup-
ponit liquidis.l.&.r.quemadmodũ muta quælibet,& cõem ſyl
labã facit. Mutæ ſunt,q̃ nec p ſe pferũt,nec p ſe ſyllabã faciũt.

Sunt autem numero nouem.b.c.d.g.h.k.p.q.t.Ex his duæ ſu
peruacuæ quibuſdam imperitis eſſe uidentur.k.&.q.qui neſciũt
quotiens.a.ſequitur.k.litteram præponendam eſſe non.c. quo
tiens.u.ſeq̃ per.q.non p.c.ſcribendũ.excepto cur & cum q̄ per
c.ſcribendum eſt.quia inter.q.& aliam conſonantem.u.ſine al
tera uocali poni non poteſt.h.interdum conſonans, interdum
aſpirationis creditur nota.y.&.z.remanent: quas litteras ꝓpter
græca nomina aſſumpſimus.Altera nanq; uocalis eſt græca.Al
tera conſonans duplex.Vnde fit ut quidam putent latinas litte
teras nõ plures eſſe q̄ decem & octo. Siquidem ex his uiginti &
tribus una aſpirationis nota eſt.h.uidelicet una duplex.duæ ſu
peruacuæ.k.&.z,duæ græcæ.y.&.z. Accidunt unicuiq; litteræ
tria nomen-figura-poteſtas. Quæritur enim quid uocetur litte
ra,qua figura ſit-quidue poſſit.

DE SYLLABA

Syllaba eſt cõprehenſio litterarum,uel unius uocalis enũ
ciatio temporum capax. Syllabarum aliæ ſunt breues:
aliæ longæ:aliæ cõmunes. Breues ſunt:quæ & correp
tam uocalem habent,& non deſinũt in duas conſonantes,ut aſt:
aut in unam duplicem:ut lex:aut in aliquid:quod:ſit pro duabus
conſonãtibus ut aio. Longæ autem ſunt aut natura:aut po
ſitiõe.Natura,quum aut uocalis pròducitur:ut uel a. uel e.uel o.
aut cum duæ uocales iunguntur:& diphthongon faciunt:ae.oe.
au.eu.ai.ei. Poſitione longæ ſunt ſyllabæ:quum aut correpta
uocalis in duas deſinit conſonantes:ut aſt.Aut cũ deſinit in unã
conſonantem:& excipitur ab altera conſonante:ut arma arcus.
Aut in alteram conſonantem:& in alteram uocalem:loco cõſo
nantis poſitam,ut At Iuno at Venus.Aut in unã duplicẽ ut dux.
Aut excipitur ab.x.duplici conſonante,ut axis.Aut in.i.litteram
ſolam:inter duas uocales loco conſonantis poſitam: quam non
nulli geminant:ut Aio te aeacida romanos uincere poſſe.Sũt ét
ſyllabæ:quæ cõmunes uocanť,quũ correptam uocalem duæ cõ
ſonantes ſequũtur:quarum prior aut muta quæpiam eſt:aut.f.ſe
miuocalis,& ſequẽs liquida.ut Vaſtoſq; ab rupe cyclopas: Et ua
ſto cyclopis in antro.Aut quũ correpta uocalis in unam deſinit
conſonantem ſequente.h.quæ a plæriſq; aſpiratiõis creditur no
ta:ut Terga fatigamus haſta:& Ibat ouans diuumq; ſibi poſcebat
honorem.Aut quũ correptam uocalem duæ conſonantes ſequ
untur:quarum prior.ſ.littera eſt.ut ponite ſpes ſibi quiſq;.&.Vn
de ſpiſſa coma.Aut quũ partem orationis terminat breuis ſylla
ba:quæ in unam deſinit conſonantem ſequente uocali ut ẽ.Om
nia uincit amor & nos cedamus amori. Aut quũ pars orationis
deſinit in longam quæ diphthongus appellatur ſequente ſtatim
uocali. ut Muſæ aonides & inſulæ ionio in magno.Aut quũ ꝓ
ducta uocalis eſt:uocali altera ſequente.Aut quũ pronomẽ.c.lit
tera terminatum uocalis ſubſequitur.Aut cum correptam uoca
lem ſuſcipit.z.littera cõſonans atq; duplex.Aut quũ correpta uo
calis in unam deſinit conſonantem.ſequente ſtatim uocali in ea
dem dictione:Longa ſyllaba duo tempora habet breuis unum.
Syllaba apud metricos ſemipes nominatur.

DE PEDIBVS

Pes eſt ſyllabarum & temporum certa dinumeratio. acci
dunt unicuiq; pedi Arſis.Theſis.Numerus ſyllabarũ.Tẽ
pus.Reſolutio.Figura.Metrũ.Pedes diſyllabi ſunt q̄ttu
or.Triſyllabi octo.Duplices ſedeci.Ergo diſyllabi q̄ttuor hi ſũt.
Pyrricchius ex duabus breuibus temporum duum ut fuga.
Huic cõtrarius ẽ ſpõdeus ex duab⁹ lõgis tẽpoꝝ q̄ttuor ut æſtas.
Iambus ex breui & longa temporum trium.ut parens.
Huic cõtrarius eſt trocheus ex longa & breui temporum trium.
ut meta. Triſyllabi octo hi ſunt.
Tribrachus ex tribus breuibus tẽpoꝝ triũ.ut macula.
Huic cõtrarius eſt Moloſſus ex tribus lõgis tẽpoꝝ ſex, ut æneas.
Anapeſtus ex duabus breuibus & lõga tempoꝝ q̄ttuor ut erato.
Huic contrarius eſt Dactylus ex longa,& duabus breuibus tem
porum quattuor,ut Menalus.
Amphibrachus ex breui & longa & breui temporum quattuor
ut carina. Huic contrarius eſt Amphimacrus ex longa
breui & longa temporum quinq;.ut inſulæ.
Bacchius ex breui & duabus longis temporũ quinq;.ut achates.
Huic contrarius eſt Antibachius ex duabus longis & breui tẽpo
rum quinq;.ut natura. Duplices ſedecim hi ſunt.
Proceleuſmaticus ex q̄ttuor breuibus tẽporũ q̄ttuor.ut auicula.

Huic cõtrari⁹ ẽ diſpõde⁹ ex q̃ttuor lõgis. tẽpoꝝ. viii. ut oratores.
Diïambus ex duobus ïambis ex breui, & longa & breui & longa, temporum .vi. ut propinquitas.
Huic contrarius eſt ditrocheus ex longa et breui, & longa & breui .temporum ſex. ut cantilena.
Antipaſtus pes ex breui, & duabus lõgis & breui .temporum ſex ut ſaloninus.
Huic contratius eſt chorïambus ex longa, & duabus breuibus & longa .temporum ſex, ut armipotentis.
ïonicus minor: ex duabus breuibus & duabus longis temporum vi. ut Diomedes.
Huic contrarius eſt ïonicus maior: ex duabus longis, & duabus breuibus, ut iunonius.
Pæõ prim⁹: ex pria lõga, & trib⁹ breuib⁹. tẽpoꝝ quiq̃ ut legitim⁹
Soloecismus est uitium in contextu partium orationis contra regulam artis grammaticæ factum. Inter Soloecismum, & Barbarismum hoc interest, quid Soloecism9 discrepantes, aut inconsequentes inter se dictiones habet. Barbarismus autem in singulis uerbis fit uel scriptis uel pronunciatis. Quanquam multi errant qui putant etiam in una parte orationis fieri soloecismum, si aut demõstrantes uirum hanc, aut fœminam hunc dicamus: aut interroganti quo pergamus: respondeamus Romæ, aut unum salutantes, saluete dicamus, cũ utique præcedens demonstratio uel interrogatio, uel salutatio uim contextæ orationis obtineat. Multi etiam dubitauerunt. Quadriga. Scopa. Soloecismus an Barbarismus esset, cum scilicet id genus dictionis barbarismum esse, uel ex ipsius uitii finitiõis possit agnosci facile. Soloecismus fit duob9 modis aut per partes orationis, aut per accidentia partium orationis. Per partes orationis fiunt cum una pars pro alia ponitur. ut Toruum quæ repente clamat, pro torue, nomẽ ꝓ aduerbio ponit. Fit ẽt ĩ eadẽ

parte orationis hoc uitium, cum ipsa prose, non in suo loco, neq; ut conuenit ponitur, ut Cui tantum de te licuit. pro in te. Et eo apud amicum, pro ad amicum, & intro sum pro intus. & Foris eo pro foras, Per accidentia partium oratiõis fiũt tot modis solœcismi quot sunt accidentia partium oratiõis. Sed in his propter cõpendium exempli causa pauca mõstrabimus. Nã per q̃litates noium fiunt soloecismi, ut hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto. Dardanus. pro dardanius, proprium pro appellatiuo posuit. Per genera, ut ualidi silices, ꝓ ualidæ, & amaræ cortices pro amari, & collus collaria caret. Per numeros, ut pars ĩ frusta secãt, pro secat. Per comparationem, ut respondit Iuno saturnia sancta dearum, pro sanctissima. Per casus, ut urbem quam statuo uestra est, pro urbs. Per modos uerborum. ut itis paratis arma quãprimum uiri, pro ite parate arma, Indicatiuũ pro imperatiuo posuit. Per significatiões uerborum, ut Expoliãtur eos, & corpora nuda relinquunt, pro expoliant. Per tempora, ut ceciditque superbum ilium & omnis humo fumat neptunia troia, ꝓ fumauit. Per personas. ut danai qui parent atridis quamprimum arma sumite, pro qui paretis. Per aduerbia, ut intus eo, pro intro. & italia uenio pro de italia, & ad romam uado pro romã, cum præpositio separatim noibus addenda sit non aduerbio. per præpositiones. cum una pro alia ponitur, ut sub Lucem ibant pro ante lucem. Aut necessario subtrahit, ut siluis te tyrrhene feras agitare putasti. pro in siluis. per Coniuctiones, ut subiectisque urere flammis pro ue. Fit per ordinem coniunctionum, ut autem fieri non debet, cum dicẽdũ sit fieri aũt nõ debet. Fiunt præterea Soloecismi pluribus modis, quos reprehendendo potius q̃ imitando possumus ãnotare. Soloecismus ẽ ĩ prosa. In poemate Schema dicit.

Sequitur de decem uitiis.

c Vm barbarismo & soloecismo decẽ uitia noiantur hoc mõ. Acyrologia, Cacephaton, Pleonasmos, Perisologia, Macrologia, Tautologia, Eclipsis, Tapinosis, Cacosynthe ton, Amphibologia, Acyrologia est impropria dictiõis positio ut. Hũc ego si potui tantũ sperare dolorẽ pro timere. Cacephaton est obscẽa pronunciatio: uel in composita dictiõe: uel ĩ uno uerbo: ut numerũ cum nauibus æquat. Et arrige aures pãphile. Pleonasmos est adiectio superuacua ad plenam significationem: ut sic ore locuta est. Perisologia ẽ adiectio uerboꝝ supuacua sine ulla ui rerum, ut ibant qua poterãt, q̃ nõ poterãt non ibant. Macrologia est longa sententia: res non necessarias compræhendens ut legati non ꝑpetrata pace retro unde uenerunt reuersi sũt. Tautologia est eiusdẽ dictionis repetitio uitiosa: ut egomet ipse uenio. Eclipsis est defectus quidam necessariæ dictionis quã desiderat præcisa sententia, ut Hæc secum? deest loquebatur. Tapinosis est hũilitas magnæ rei: nõ id agente sñia, quod demõstrat, ut penitusq; cauernas ingentes: uterumq; armato milite cõplent ideſt multæ legiones armatoꝝ militũ implerunt multas cauernas, Et dulychias uexasse rates: Et pelidæ stomachũ cedere nescii Cacosyntheton ẽ uitiosa dictionum compositio, ut Versaque iuuenum terga fatigamus hasta. Amphibologia ẽ ambiguitas dictionis, quæ fit per accusatiuũ, ut si qs dicat audio secutorem retia rium occidisse. Aut per uerbũ cõe. ut criminat Cato. Vadat Tullius, nec addatur quem uel a quo. Aut per participium. ut Video statuam auream hastam tenẽtem. Fit ẽt per omonyma, ut siquis dicat aciem nec addat oculorum, aut exercitus, aut fieri. Fit præterea pluribus modis, quos recensere omnes ne nimis longum esset non oportet.

m Etaplasmus est transformatio quædam recti solitique sermõis in alteram speciem metri ornatus necessitatisue causa. Huius sũt species quattuordecim, Prosthesis. Epẽthesis Paragoge Aphæresis Syncopa Apocopa. Ectasis Systole diæresis Synæresis Synalœpha, Ecthlipsis. Antithesis, Metathesis Prosthesis est appositio quædam ad principium dictionis litteræ uel syllabæ, ut gnatæ pro nate retulit pro tulit Epenthesis est positio quædam ad mediam dictõem litteræ uel syllabæ, ut relliquas pro reliquias, Induperator pro imperator. Hanc aũt alii epenthesim, alii parenthesim uocant. Paragoge est appositio quædam ad finem dictionis litteræ uel syllabæ, ut magis pro mage, & potestur pro potest. Hanc alii Paralepsim, alii Prolepsim. i. præsumptionem uocant. Aphæresis est ablatio de pricipio dictionis litteræ uel syllabæ contraria prosthesi: ut mitte pro dimitte & temno pro contemno. Syncopa est ablatio de media dictiõe litteræ uel syllabæ contraria epẽthesi ut: audacter pro audaciter: & commouit pro cõmouerat. Apocopa est ablatio de fine dictionis litteræ uel syllabæ contraria paragoge: ut achilli pro achillis: & possis pro possitis: & potes pro potestis: & mutu pro muto. Ectasis est

extenſio ſyllabæ contra naturam uerbi:ut Italiam fato profugu
cum italiam prīa ſyllaba correpta dicere debeamus. Syſtole eſt
correptio ſyllabæ contra naturam uerbi facta contraria Ectaſi ut
aquoſus orion:p orion producte. Diæreſis eſt diuiſio unius ſyl-
labæ in duas.ut olli reſpondit rex albai longai pro albæ longæ:
& aulai in medio libabāt pocula bacchi pro aulæ,& diues pictai
ueſtis & auri pro pictæ.Synæreſis eſt cōglutinatio duarum ſylla-
barum in unam contraria dyæreſi ut phæton pro phaeton:& æri
pedē pro aeripedem.Synaloepha eſt per interēptionem cōcurren
tium inter ſe uocalium lubrica quædam leniſque colliſio:ut At
que ea diuerſa penitus dum parte geruntur: Hæc a quibuſdam
Synæreſis uel colliſio nuncupatur. Ecthlipſis eſt cōſonantium
cum uocalibus aſpere concurrentibus difficilis ac dura colliſio:
ut littora multum ille & terris iactatus & alto.Antitheſis eſt lit-
teræ pro littera poſitio:ut olli ſubridens pro illi. Metatheſis eſt
trāſformatio litterarum in alio loco:nulla tamen littera ex ea di
ctione ſublata:ut Euandre pro euander.& Tymbre pro tymber,
Schemate lexeos & dianœas,ſunt quædam figuræ uerborum &
ſententiarum.Sed ſchemata dianœas ad oratores pertinent·Ad
grammaticos uero lexeos.Quæ cum multa ſint ex omnibus fere
neceſſaria ſunt ſexdecim ſcilicet,Prolepſis.zeugma.Hypozeuſis.
Sylepſis. Anadiploſis.Anaphora.Epanalepſis.Epitheron.Paro
nomaſia,Scheliſonomaton·Paromoeon.Omoeoteleuton,Po-
lyptoton.Hirmos.Polyſyntheton. Dialyton. Prolepſis eſt præ
ſumptio rerum ordine ſecutarum,ut interea reges ingenti mole
latinus procedūt caſtris.Turnus deide æneas. Zeugma ē unius
uerbi concluſio diuerſis clauſulis apte coniunta, ut Troiugena
interpres diuū,qui numina phœbi,qui tripodas clari lauros,qui
ſydera ſentis.Hypozeuxis eſt figura ſuperiori cōtraria ubi diuer
ſa uerba ſingulis clauſulis reddūtur ut regē adiit,regi memorat
nomenque genuſque,Sylepſis eſt diuerſarum clauſularum per
unum uerbum cōglutinata cōceptio, ut hic illius arma, hic cur
rus fuit.Hoc ſchema late patet.Et fieri ſolet non ſolum per par-
tes orationis,ſed per accidentia partium orationis.Item ſylepſis
eſt in diſſimilibus clauſulis·quando dictio ſingularis uerbo plu
rali adiungitur. ut ſunt nobis mitia poma caſtaneæ molles &
preſſi copia lactis.Anadiploſis eſt geminatio dictiōis,quæ ex ul
timo loco præcedentis uerſus,& principio ſequentis iteratur ut

equitur pulcherrimꝰ aſtur. Aſtur equo fidēs.Anaphora eſt rela-
tio eiuſdem uerbi p principiū plurimorum uerſuū,ut nate meæ
uires,mea magna potentia ſolus. Nate patris ſummi qui tela
typhoea temnis Epanalepſis eſt uerbi in principio poſiti uerſus
in eiuſdem fine repetitio,ut multa ſuper Priamo rogitās, ſuper
hectore multa. Ante etiā ſceptrū dictæi regis & ante. Epizeuxis
eſt eiuſdem uerbi in eodem uerſu ſine aliqua dilatiōe geminatio
ut meme adſum qui feci in me conuertite ferrum. Paronomaſia
eſt ueluti quædam denominatio uel quotiēs aliud nomē efficit
de alio, ut nā inceptio eſt amentium haud amantiū. Scheſiſono
maton eſt multitudo nominum coniunctoꝝ eodem habitu copu-
landi,ut marſa manus,peligna cohors,feſtina uirum uis.Paro
mœon eſt quando ab eiuſdem litteris diuerſa nomina ſumunt.
ut O Tite tute tati tibi tāta tyrāne tuliſti. Omoeoteleuton eſt cū
ſimili modo dictiones plurimæ finiūtur ut eos reduci quā relin
qui deuehi quam deferri malui. Omœoptoton eſt cū in conſi-
miles caſus exeunt diuerſa uerba:ut mœrentes,flētes,lachryman
tes,comitātes.Polyptotō eſt multitudo caſuū uarietate diſtincta,
ut littora littoribus cōtraria fluctibꝰ undas.Imprecor arma armis
pugnēt ipſiq; nepotes.Hirmos eſt ſeries oronis cōtinuæ tenorē
ſuū uſq; ad ultimū ſeruās,ut principio cœlū,ac terras: cāpoſq; li-
quēte.Polyſyntheton eſt dictio multis nexa cōiunctionibus, ut
Athamaſq;,thoaſq; pelideſq;, neoptolemus,primuſq; machaon.
Dyaliton ſiue Aſyntheton ē figura cōtraria ſupiori carens coniū
ctionibꝰ,ut Ite ferte citi flāmas,date tela,impellite remos.

t Ropus ē dictio trāſlata a ꝓpria ſignificatione ad ꝓpriā
ſimilitudinē ornatꝰ neceſſitatis ue cā.Sūt āt duodeci.Me
taphora.catachreſis.metalepſis.metonymia.ātonoma-
ſia.epithetō.ſynecdoche.omatopoeia.periphraſis.hypbaton. hi
ꝑbole.allegoria.metaphora ē reꝝ,ꝙ borūq; trāſlatio.hæc fit q̄ttu
or mōis,ab aīali ad aīale,ab īaīali ad īaīale,ab aīali ad inaīale, ab
aīali ad aīale.ut Tiphī aurigā celeres fecēr cariæ.nā auriga & gu
bernator nauis aīam hñt.ab aīali ad īaīale,ut Pelagus tenuere ra
tes.Nam rates aīam nō habēt, neq; pelagus.ab inaīali ad anima-
le,ut athlantis ciſtum aſſidue cui nubibus atris piniferū caput &
uēto pulſat & ībri.nā mōs aīam nō hēt,cui mēbra hois attribuū
tur,ab aīali ad inanimale:ut ſi tantū pectore robur concipis. Nā
robur aīam non habet cū. Turnus cui hæc dicūtur animam ha-

bet ſcire debemus alias metaphoras eē reciprocas. Alias aũt ex partis unius. Reciprocas: ut altum mare, & profundum cœlũ. Possumus enim conuertere altum cœlum: profũdum mare. Herbæ florent. Iuuenes pubent. Possumus enim conuertere. Herbæ pubent. Iuuenes florent. Alias partis unius: ut segetes fluctuant, uites germinant. Catachresis est usurpatio nominis alieni, ut Patricidam dicimus, qui occidit fratrem. Et piscinã quæ pisces non habet. Hæc enim nisi extrinsecus sumerent suum uocabulum nõ haberent. Metalepsis est dictio pergens gradatim ad id quod ostendit: ut speluncis abdidit atris hoc metuens. Et post aliquot mea regna uidẽs mirabor aristas. Metonymia est dictio q̃dam ueluti transnominatio. Huius aũt multæ sunt spẽs. Aut p id qđ cõtinet id qđ cõtinetur ostendit: ut Nũc pateras libate loui. Aut contra. Crateres magnos statuũt & uina coronãt. Aut pro inuentore quod inuentũ est: ut sine cerere & baccho friget uenus. Aut contra: ut Vinumque precamur Nam hic deus adest præsens. Hæc exempli causa posita addiscentibus sunt. Reliqua demonstrabit lectio. Antonomasia est significatio uice nominis posita: quæ fit tribus modis. Ab animo a corpore. Extrinsecus. Ab animo: ut magnanimusq; anchisiades. Acorpore: ut ipse ardu⁹ .i. polyphemus. Extrinsecus: ut infelix puer atq; impar cõgressus achilli. Epitheton est suppositio dictionis cũ proprio nomine Nam. Antonomasia uicem nominis substituet. Epitheton nunquam est sine proprio nomine: ut dira celæno, & diua Camilla. Fit etiam tribus modis: ab animo a corpore. extrinsecus. His duobus tropis uel uituperamus uel ostendimus, uel laudamus. Sinecdoche est significatio pleni intellectus capax, cum plus minusue pronunciat. Aut enim a parte totum ostendit, ut puppesq; tuæ pubesque tuorũ. Aut cõtra partem a toto, ut ipsius ante oculos ingens a uertice põtus In pupim ferit. Et alibi. fontemque ignẽ que ferebant. Meminisse autem debemus quando fit a parte totũ faciẽdum esse ab insigniori parte. Onomatopoeia est nomen de sono factum, ut Clamorque uirum, clangorque tubarum, tinnitus æris. Atque leuem stipulam crepitantibus urere flammis. Periphrasis est circumlocutio quædam quæ fit aut ornandæ rei causa. quæ pulchra est. Aut uituperandæ quæ turpis est, ut iam prima nouo spargebat lumine terras. Tithoni croceum linquens aurora cubile. Et hoc faciunt, nimio ne luxu, obtusior usu

Sit genitali aruo & sulcos oblimet inertes. Hyperbaton est trã scẽsio quædam uerborum ordinẽ perturbans. Cuius species sũt quinque. Hysterologia siue hysterõproteron. anastrophe. Parẽthesis. Synthesis. Temesis. Hysterologia siue hysterõproterõ. est sententiæ cum uerbis ordo mutatus ut. Et cererem torrere parãt flãmis: & frãgere saxo. Anastrophe ẽ uerbor tm̃ ordo p̃poster⁹: ut Italiã contra pro cõtra Italiã. Parenthesis est interposita formatio diuersæ sniæ ut æneas: neq; n. patrius cõsistere mentem Passus amor, rapidũ ad naues p̃mittit achatẽ. Temesis est unius compositi uel simplicis sectio: una dictione uel pluribus interiectis ut septem subiecta trioni. Et saxo cere comminuit brum. Et massili portant iuuenes ad littora tanas pro cerebrum & massili tanas. Synthesis est hyperbaton obscurum: & ex omni parte cõfusum, ut tris notus abreptas in saxa latẽtia torquet. Saxa uocant Itali: mediis quæ i fluctibus aras. Est autem hic ordo: Tris naues abreptas notus torquet in saxa: quæ saxa in mediis fluctibus latẽ tia: Itali uocant aras. hyperbole est dictio fidem excedens augendi minuendiue causa. augendi ut niue candidior. Minuendi: ut tardior testudine. Allegoria est tropus quo aliud significatur aliud dicitur: ut Et iam tẽpus equum fumantia soluere colla: hoc est carmen finire. huiusmodi species multæ sunt ex quibus septẽ eminẽt hironia antiphrasis. ænigma. Carientismos. Paronomia Sarcasmos: astismos. Hironia est tropus qui per contrariũ conatur ostendere quod dicit. ut egregiã uero laudẽ, & spolia ampla refertis tuque puerque tuus. hæc ubi grauitas pronunciãtis adiuuerit: cõfiteri uidebit: quod negare intendit. Antiphrasis est unus uerbi hironia: ut bellum: quod minime bellum est. Et locus quod minime lucet. Aenigma ẽ obscura sententia per obscuram similitudinem rerum, ut mater me genuit, eadem mox gignitur ex me. significat enim aquam in muem conuerti, & ex eadem rursus effluere. Carientismos est quo dura dictu gratius proferuntur, ut interrogantibus nobis. Nũquis nos quæsierit, responsum detur bona fortuna, exinde intelligitur neminem nos quæsisse. Paronomia est accommodatum rebus, temporibusq; prouerbium, ut aduersus stimulum calces, & lupus est in fabula. Sarcasmos est plena odio, atq; hostilis derisio, ut en agros, & quam bello troiane petisti helperiam metire iacens. Asteismos est tropus multiplex numerosæq; uirtutis. Nam Asteismus est quicquid ru

ſtica ſimplicitate caret,& faceta ſatis urbanitate exponitur,ut qui bauium non odit amet tua carmina meui:atq; idem iungat uul/pes:& mulgeat hircos Homoeſis eſt minus notæ rei per ſimili tudinẽ eius quæ magis nota eſt demonſtratio. Huius autem tres ſunt ſpecies. Hicon.Parabola.Paradigma. Hicon eſt perſonarum inter ſe uel eorum quæ perſonis accidunt comparatio ut os humeroſq; deo ſimilis. Parabola uero eſt rerum genere diſſimilium comparatio: ut Qualis mugitus fugit cum ſaucius aram.Taurus:& incertã excuſſit ceruice ſecurim. Paradigma eſt exempli hortantis uel deterrẽtis enarratio.Hortãtis:ut Antenor potuit mediis elapſus achiuis.Illyricos penetrare ſinus:atque.Deterrentis:ut At non ſic phrygius penetrat lacedemona paſtor.Ledæamque helenam troianas uexit ad urbes. FINIS.

Barbariem quicũq; cupis uitare loquendo.
Donati hoc lecto codice doctus eris.

SERVII HONORATI IN SECVNDAM DONATI EDITIONEM INTERPRETATIO.

Rs dicta eſt uel ἀπὸ τῆς ἀρετῆς ideſt a uirtute quam græci uniuſcuiuſq; ſcientiam uocant,uel certe ideo ars dicit:quod arctis præ/
a ceptis cuncta concludat,ideſt anguſtis & breuibus.Plærique artem ſcribẽtes a litterarum tractatu incohauerũt.Plærique a uoce. Plærique a definitiõe artis gramaticæ. ſed omnes uidentur erraſſe.Non enim propriã rem officii ſui tractauerunt:ſed communem & cum oratoribus & cum philoſophis. Nam de litteris tractare etiam orator poteſt.De uoce nemo magisq; philoſophi tractãt.Definitio etiam Ariſtotelicorum eſt unde proprie Donatus & docte qui ab octo partibus icohauit quæ ſpecialiter ad grãmaticos pertinent.

Omen dictum eſt eo quod res nobis efficit notas.
n Pronomen,quia ſungitur officio nominis,ut ſi quis dicat. Virgilius fecit Bucolica.ipſe ſcripſit Georgica,Verbum dictum eſt,eo quod uerberato aere motu linguæ, hæc pars orationis inuenta eſt, & licet omnes orationes cum hac oratione miſceantur, tamen ſpeciale ſibi hæc pars hoc nomen efficit, eo quod hac frequenter utimur in elocutione,in tantum ut dicamus uerbum fecit. Tullius apud populum in ſenatu. Aduerbium dictum eſt. quia nunquam recedit a uerbo,ſiue enim dicas cras facio,inuenies aduerbia uerbis cohærentia. Participium uocatur quoniam partem tenet nominis,partemque uerbi,quaſi participium. Nam a nomine habet genera,& caſus a uerbo tempora,& ſignificationes. Ab utroque numerum, & figuram. Præpoſitio dicitur, quoniam in loquendo præponitur. Dicimus enim ante templum eſt non templum ante eſt. Coniunctio dicta eſt, quia coniungat elocutiones.ut ego, & tu eamus. Interiectio dicta eſt, quod interponitur ad exprimendos animi affectus: ut puta heu mortuus eſt. In his autem octo partibus naturalis eſt ordo. Rite enim nomen primum ponitur, quod ex ipſo omnium rerum noticia procreatur. Poſt hoc debet aſſequi pronomen, quia nominis officio fungitur, nec debet ab eius ſignificatione diueli. Inde ſequitur uerbum quo diximus nos frequenter uti.Inde aduerbium quod a uerbo nunquam recedit. Participium autem rite poſt nomen, & uerbum ponitur, quod ex partibus utriuſque natum eſt.Præpoſitio cum,uel uerbo,uel nomini præponitur,& ipſa iuſte hoc loco poſita eſt illis iam ante prædictis quibus præponitur. Similiter coniunctio, quia coniungit omnia non debet primum locum tenere. Primo enim debemus ſcire quæ res coniunguntur. Interiectio ideo ultima poſita eſt, quia nihil exprimit niſi affectus animi qui raro interponuntur.

Omen eſt pars orationis cum caſu, corpus aut rem proprie communiterue ſignificans in omnibus par/
n tibus orationis definitiones eſſe debent, ut ſegregentur ab aliis partibus: & ſuæ partis quam definiunt aliquam proprietatem dicant. Igitur quod dixit nomen eſſe partem orationis ſegregauit ſyllabas a plauſibus & quicquid confuſæ uoci datur. Quod autem dixit cum caſu ſegregauit a Verbis, Aduerbiis, Præpoſitionibus, ac Coniunctionibus. Quod autem dixit corpus: aut rem ſignificare,hoc ipſius proprium eſt. Corporale autem nomen uel incorporale

grammatici ita diſinierunt. Vt corporale ſit quicquid uidetur & tangitur ut lapis. Incorporale quod nō uidetur nec tangitur, ut pietas. Item dicit aliam proprietatem quod aut ꝓprium aliquid ſignificat, aut appellatiuum. Nam proprium eſt, quod unus eſt, ut hector. Appellatiuum quod multorum eſt, ut homo. Scire debemus inueniti frequenter nomina appellatiua, quæ ſunt propria: ut fœlix quæ cōmuni ſenſu facile dignoſcuntur, illud etiam ſcire debemus, quia ſi proprium eſt quod unus eſt numerum tantū modō recipit ſingularem. Neq; n. poteſt res unius in pluralē cadere. Nam quod propria nomina pluraliter declinātur, ſciendū eſt non ab unius nomine procreatum numerum pluralem, ſed multitudinem nominum hoc facere, Recte enī Virgi. dixit Marios & Camillos quoniam plurales fuerunt. Appellatiuum autē nomen eſt quod cum ſit res multorum recipit tamen & numerū ſingularem, in multis etiam unus tenetur.

Omparationis gradus ſunt tres. Poſitiuus ut doctus. Cō-
c paratiuus ut doctior. Superlatiuus ut doctiſſimus. Plæriq; uolunt comparatiuum eſſe doctiorem dicentes non eſſe comparationem quando doctior dicimus, quia non comparat, ſed præferat, ſed errant. Nam omnis comparatio id agit, ut alterę præferat. Illa enim quæ æquat ſimilitudo potius eſt, q̄ comparatio. Poſitiuus autem omnia recipit genera. Maſculinū ut hic doctus. Fœmininum, ut hæc docta. Neutrum, ut hoc doctum. Commune, ut docilis. Omne ut docens. Comparatiuus uero gradus duo tantum ſuſcepit genera. Cōe, ut doctior. Neutrū, ut doctius. Superlatiuus tria tantum. Maſculinum, ut doctiſſimus. Fœminū num ut doctiſſima. Neutrū ut doctiſſimum. Præterea nomia recipiunt comparationem ſed ea quæ ſunt qualitatis, & quantitatis. Qualitas autem, & quantitas aut ab animo dicitur, ut doctus, aut a corpore, ut candidus, niger, aut a fortuna ut miſer, aut a mēſura ut longus. Quare quæſitum eſt, utrum latinior diceretur qd tunc dicitur cum pro diſerto ponitur, ut ſit latinior quomodo diſertior cum autem gentem ſignificat, non poteſt comparari, ita enim non poſſumus dicere latinior, quomodo nec græcior. Cōparatiuus autem gradus iungitur caſibus tribus ablatiuo. Septio & nominatiuo interpoſita particula q̄: ablatiuo ut doctior ab illo. Septimo ut doctior illo. Nominatiuo ut doctior q̄ ille. Sed frequenter utimur ſeptimo, ablatiuo pene nunquam. Superlatiuus uero gradus genitiuo tantū plurali iungitur ut doctiſſimus illorum quanquam & ſingulari cohæret quotiens nomen eſt enunciatione ſingulari intellectu plurale: ut o danaū fortiſſime gentis Tytide. illud ſane ſeruandum eſt quod & poſtea tractum eſt. Comparatiuum gradum nos & noſtro & extraneo generi cōiungere. Superlatiuum autem tantū noſtro Dicimus enim uelocior homo hominibus & uelocior homo canibus, quoniam Cōparatiuus eſt gradus. ſuperlatiuum uero gradum tantum noſtro præferimus generi ut uelociſſimus homo hominum: nemo enī dicit homo equorum.

Enera dicta ſunt ab eo quod generant: atq; ideo tantum
g duo ſūt genera principalia Maſculinum & Fœmininum. hi enim ſexus tātū generant, Genera autem aut naturalia ſunt: aut ex auctoritate deſcendunt ut hic paries hæc feneſtra. In his enim naturalem nullum intelligimus ſexum, ſed eum ſequimur quem firmauit auctoritas. Cætera uero genera a ſupioribus ueniūt: ut eſt neutrum quod neque maſculinum eſt neq; fœminī num, Commune quod eſt. Maſculinum & Fœmininum. Omne quod omnia ſupradicta cōtinet genera, Epicœnum uero quod cōfuſum cōtinet ſexum. Nā inter Cōmune & epicœnum hoc intereſt quod cōmune eſt ubi uiſu ſecernimus ſexum ut canis, Epicœnū eſt e cōtrario ubi uiſu non ſecernimus ſexum ut piſcis. Itē inter epicœnum & cōmune hoc intereſt, quod in cōmuni articulari ſecernimus ſexum. ut hic canis: uel hæc canis. In Epicœno uero unus articularis ſumitur: & utrūque ſexum intelligimus: ut hæc aqla. Eum aūt ſumemus articularem qué auctoritas dederit Nā cum naturaliter nō poſſumus in epicœnis ſexum dēpndere debemus auctoritate firmari.

Vmerus autē ſingularis eſt aut pluralis. Dualis uero græ-
n cus non uſurpatur niſi ī noībus duobus q̄ ſunt, duo & ambo, atque ideo etiā inæqualiter declinātur.

Igura aut ſimplex ē. aut cōpoſita. Simplex quæ unā rē
f continet atq; naturalis eſt, ut doctus. Compoſita uero quæ ex arte fit, duas res habet, ut indoctus. Compoſita uero fit figura quattuor modis, qui in arte ſunt poſiti, quod autem dixit ex corruptis: ita intelligere debemus, ut tunc intelligamus corrupta eſſe in compoſitiōe quotiens reſoluta integrari poſſunt, ut ſi quis dicat concipio iure dicitur corruptum,

quia si soluatur facit capio: quod est integrum & conficio facit facio & similia.

Blatiuus singularis regit gtũm datiuũ & ablatiuũ plurale secundum regulas in arte positas. Sed illud quod dicit ablatiuo e producta uel correpta terminato: ita intelligendum est. ut tunc producta sit: quotiens genitiuus singularis ei terminatus sit, cum uero is fuerit terminatus idẽ genitiuus singularis: ut huius patris ab hoc patre. Ideo autem latini uoluerũt ab ablatiuo singulari regulas sumere quoniam hic casus latinus est: nec eum habẽt græci: & ille utiq; casus debuit regulas latinis nominibus dare qui proprius latinorum est. Omnia nomina quæ in rerum natura sunt quinque regulis continẽtur quæ regulæ apud Donatum non sunt propter cõpendium tamen tenẽdæ sunt. Colligũtur autem istæ regulæ de genitiuo singulari. Nam hic casus quinque finibus terminatur aut æ diphthongo. ut musa musæ: aut i ut doctus docti: aut is ut pater patris: aut us ut fluctus huius fluctus: aut ei ut hic uel hæc dies huius dei. Ergo cũ inuenerimus aliquod nomẽ de cuius declinatiõe dubitatur: quærendus nobis erit præcipue genitiuus, qui inuentus si æ fuerit terminatus ad similitudinẽ musæ declinabitur ita & in reliqs fiet. Sed constat græca nomina etiam græce posse declinari. Plane duos præcipue casus in his regulis sollicite proferre debemus. Vocatiuum secundæ declinationis & ablatiuũ tertiæ in quibus contra regulas plurimum sibi assumpsit auctoritas. Vocatiuꝰ enim singularis secundæ declinationis tum in i exibit cum nominatiuus singularis ĩius fuerit terminatus ĩ genere masculino in proprio nomine ut hic Mercurius. O mercuri. Hoc enim nomen ius terminat nomiuatiuum & masculinum est & proprium. Si autem nominatiuus: Vs terminatur: ut hic doctus. Vocatiuum facit. o docte: & si appellatiuum sit licet ius terminatur: ut hic impius. o ĩpie. Hic egregius. o egregie. At huic regulæ contrarium est hic filius o fili. Quare maiores nostri timẽtes ipsum uocatiuũ similem fecerunt nominatiuo Vt Virgilius dicit. Corniger hesperidum fluuius regnator aquarum: & Lucius Octauius iudex. Ablatiuus uero tertiæ declinationis, qui &/i/ &/e/ terminatur, multum cõfusus est tamẽ hoc seruare debemus:

at cum nomen fuerit generis cõis: quod in is mittit nominatiuum, & genitiuum: ablatiuum. i. terminemus: ut hic, & hæc docilis: ab hoc, & ab hac docili. Item neutra omnia quæ e terminantur in nominatiuo: ut hoc mare: ab hoc mari. Ea uero quæ/x/ littera terminantur in e exeũt: ut hic calix ab hoc calice. Hæc pellex: ab hac pellice. Hæc lex: ab hac lege, & similia. Item omnia participia e terminantur: ut ab hoc calente: ab hoc furente, quæ si nomina fuerint. i. magis terminabuntur. Item quæ or terminãtur in nominatiuo: ut doctior: clarior: minor: maior facit. n. a doctiore, clariore, minore, maiore. Reliqua uero sic ambigua sunt, ut uix etiam auctoritate firmẽtur. Nã & ab hac naui, & ab hac naue legimus, & ab hac puppi, & ab hac puppe, & ab hoc igni, & ab hoc igne. In quibus omnibus meliorum auctoritas sequẽda est.

Pronomen dictũ est, qa ponit pro noie, ut si quis dicat Virg. scripsit bucolica, ipse scripsit. Georgica. Nec tñ uidentur pronomina. quoniam nominum funguntur officio, esse noĩa. Nã & si noĩum uĩ exprimũt. ñ tñ plene exprimũt. Nomina enim posita plenas faciunt elocutiones. Pronomina semiplenas. Item nomina posita uelut incohant elocutiones. Pronomina autem uelut complent. Qualitas pronominum principaliter bipartita est. Omnia enim pronomina: aut finita sunt, aut infinita. Finita sunt quæ recipiunt personas, ideſt quæ definiunt personas, & sunt tantum tria. ego, tu, ille. sed ille plærunque uariatur. Nam si ad præsentis personam refertur, tunc recte finitum est, si de absente dicatur minus, q̃ finitum est. Infinita autem pronomina uarias habet species. Nam licet omnia quæcunque non recipiunt personas infinita sunt tamen. Alia dicuntur generaliter infinita. Alia minus quam finita. Alia articularia, uel demonstratiua. Alia possessiua.

Generaliter infinita sunt, quæ unicuique personæ aptari possunt, ut est quis, & sunt hæc septem tantum quis, talis, qualis, quantus, tantus, quotus, totus. Minusquam finita dicuntur, q̃ cõmemoratione hñt notaꝝ ꝑsonaꝝ, ut est ipse, hæc sũt sex tñ Ipse, iste, is, hic, idẽ, sui. Sed ex his alia sũt q̃ absẽtes ꝑsonas signifi cãt, alia quæ præsentes, absentes reliqua omnia præsentis, hæc tã-

tum,iſte,iſta,iſtud,& hic,hæc,hoc,quæ nonnulli etiam pronomi
na articularia uocant,eo quod more græcorum nominibus de/
clinantur.Poſſeſſiua dicuntur pronomina,quæ nos aliquid poſ
ſidere oſtendunt,ut eſt meus,tuus. Hæc in quattuor partes diui/
duntur,aut.n.utraq; parte ſingularia,aut utraq; pluralia, aut intri
ſecus ſingularia,extrinſecus pluralia, aut extrinſecus ſingularia.
Intrinſecus pluralia. Vtraq; parte ſingularia ſunt ubi & perſona
poſſidentis & poſſeſſio una eſt:ut meus . Vtraque parte pluralia
ubi ſunt multi qui poſſidentur & multi ſunt,qui poſſident ut eſt
noſtri.Intriſecus ſingularia extrinſecus pluralia ſunt quæ poſſi/
dentes unam perſonam oſtendunt poſſeſſorum plurimas, ut eſt
mei:uel e cõtrario:ut eſt noſter.intrinſecus aũt dicitur quod per
tinet ad perſonam poſſidentis:extrinſecus quod pertinet ad per
ſonam poſſeſſi. Sunt autem poſſeſſiua pronomina quinque
tantum meus:tuus:ſuus:noſter:& ueſter. Abſq; his pronomini
bus quæ omnia ſunt uiginti & unum,nullum aliud quod ſuam
originem habeat poterit reperiri,ſed ſi qua ſunt cõpoſitione fiũt.
Scire aũt debemus inclinatione ꝓnominũ plærũq; ſubuna ſigni
ficatiõe caſus uarie ꝓferri,ut eſt qs uel qui.Nã poſſumus dĩe mei
cauſa te peto, & mis cã te peto & tis cauſa te peto: ſed mis,& tis:
de uſu receſſerunt.Item ablatiuus ſingularis aliquando uarie ter
minatur:ut a quo,uel a qui.Nam dicimus a quo ueniſti:& a q ue
niſti,ſed a qui in uſu eſſe deſiit. Datiuus etiam,& ablatiuus plu/
rales plærũq; uarii ſunt ,dicimus enim a quis,uel a quibus q qui/
dem uidentur hac ratione uariari,quoniam ablatiuus ſingularis
inuentus eſt uarius.Scimus enim quia omnia quæ o terminãtur
in is mittunt,q̃ i in bus. Ergo ſicut dicimus ab hoc docto,ab
his doctis,ita,dicimus a quo a quis.Item ſicut dicimus a puppi a
puppibus,ita dicimus a qui a quibus. Sed pronomina quemad
modum in declinatione duplicant caſus.Ita plærunq; minuunt.
Nam ſunt pronomina ubi tantũmodo genitiui ſunt:ut eccum,
eccam,ellum.Sunt ubi nominatiuus & uocatiuus deeſt,ut ſui,ſi/
bi,ſe,a ſe.Sunt ubi uocatiuus tm̃ deeſt,ut in ꝓnomie qđ eſt ego.

Erbum eſt orationis cum tempore,& perſona ſine caſu.

u Quod dixit cum tempore & perſona connexum intelli/
gendum eſt.Neutrum enim poteſt in uerbo ab altero ſe
parari. Nam ſi ſolam perſonam uelis intelligere pronomẽ eſt.
ſi ſolum tempus participium eſt,ſi utrunq; ſimul tũc uerbum eſt.

Quod autem adiecit caſu carere uelut ſuperflue eſt poſitum.
Quis enim neſcit uerbum carere caſu? Sed timuit,ꝓpter illas elo
cutiones quæ ſic formãtur quaſi caſum habeãt:ut da mihi bibere
ſic eſt enim da mihi bibere:ut ſi dicas da mihi uinum,quod utiq;
caſum habet:ne qui ergo propter ſimilitudinẽ elocutionum pu/
tarent caſum modo infinito attribui:ideo dixit penitus caſum a
uerbo reponi.Nam illæ elocutiones caſũ non recipiunt ſed græ
cam elocutionem ſequuntur.

Valitas uerborũ diuiditur ĩ modos & formas.Modi oẽs

q ſunt octo.Indicatiuus:Imperatiuus. Promiſſiuus. Opta/
tiuus cõiũctiuus.Infinitus.Imperſonalis:Gerũdiuus. Sed
ex his qnq; uolunt eſſe legitimos.de tribus uero dubitatur. i.de
promiſſiuo Imperſonali Gerũdiuo.Indicatiuus dicitur modus
quoniam ꝑ iꝑm quod gerimus ĩdicamus:ut eſt lego.Imperatiu9
quoniam ꝑ iꝑm imperamus ut eſt lege.Optatiuus quoniam hẽt
aduerbiũ optandi.ut utinam legam.Cõiunctiuum uero modũ
non ideo cõiũctiuum dicimus quia habet aliquid cõiunctũ ideſt
cum: Nam& optatiuus.inciperet eſſe cõiunctiuus quia hẽt ad/
uerbium coniunctum utinam:ſed ideo dictus eſt coniunctiuus
quia in loquendo cum ſolus locutionem implere nõ poterit cõ/
iungit ſibi indicatiuum: ut cum ſcripſero faciam,& cum dixero
legam.Infinintiuus dicitur modus quia non definit perſonas:
ſed omnes tres uno uerbo profert ut eſt legere. Cæteri uero mo
di in perſonis differentiam faciũt quod probatur hac elocutiõe.
legere uolo .legere uis .legere uult.Nam quoniam uolo uis uult
indicatiuus eſt modus differentia facta eſt perſõarum: quoniam
uero legere infinitus eſt omnes uno modo ploratæ hi ſunt gene
rales modi.illi uero tres de quibus dubitatur ita explicandi ſunt
Qui negant promiſſiuum modum,eſſe hoc aſſerunt eſſe ſuper
fluum hunc putari modum quoniam indicatiui modi ſit tẽpus
futurum ideſt legam ſcribam.Qui autem dicunt proprium mo
dum eſſe negant indicatiuum modum tempus futurum per rerũ
naturam habere poſſe.Nam ſi indicatiuus modus ideo dictus eſt
quod per ipſum indicamus,Nemo autẽ indicat niſi quæ nouit
futurum habere nõ poteſt,quia nemo indicat. De iperſonali au
tem modo hæc loquuntur.Plæriq; hunc modum dicunt quia
ſic de uerbo naſcitur quemadmodum cæteri modi,ut lego lege
legitur:ſed tamen nõ probatur modus eẽ:ſed uerbum.Nam cũ

unuſquiſque modus non poſſit currere per modos nam habet indicatiuum legitur. Imperatiuum legatur: coniunctiuum cum legatur. Item gerundiuum quem dicunt modum plærique negãt eum modum eſſe: ſed dicũt participiorum a paſſiuo futuri & præteriti eſſe declinationem ſed eſt modus: quia in o deſinit ultimo tempore ſuo in qua littera nullũ deſinit participium & ſignificationem habet tam agentis quam patientis: quod utique non haberet ſi participium paſſiuum eſſet, Et enim cum dicimus cantando & agẽtis & patientis habet ſignificationẽ: quod probatur teſte Virgilio. Nam ubi dicit. Cantando tu illum agentis ſignificationem oſtendit ubi dicit cantando rumpitur anguis, patientis.

f Ormæ ſunt quattuor: per quas non declinatio: ſed ſignificatio uerborum explicatur: quæ ideo quattuor ſũt quoniam omne quod agimus quattuor temporum officio continetur. Nam aut cogitamus utrum agendum ſit: aut quod placuit inchoamus: aut inchoata complemus aut completa iteramus: iccirco ipſæ formæ hæc nomina acceperunt, una enĩ Meditatiua quæ non agere nos aliquid ſed adhuc uelle agere oſtendit ut eſt lecturio ſignificat enim non lego: ſed legere uolo. Secũda eſt inchoatiua: quæ aliquid nos nũciare oſtẽdit ut eſt caleſco qđ ſignificat calere incipio. Tertia eſt perfecta ut eſt lego: quæ plenũ oſtendit actum. Quarta eſt frequẽtatiua quæ nos ſæpe agere aliquid oſtendit: ut lectito ſignificat enim ſæpe lego. Quas formas plærique ueluti milites refutare uolunt, ſed conuincuntur ſecundum rationem naturalem. Multa enim ſunt quæ proprie nõ niſi iſtis poſſunt explicari. Meditatiua autem formam in rio deſinit ut ſcripturio, lecturio. Inchoatiua autem uerba quinq; regulis continentur. quarum ſi una defuerit inchoatiua nõ erunt debẽt enim in ſco ſyllaba exire, & orginem ducere a neutrali uerbo, & tertiæ eſſe coniugationis correptæ, & carere tempore præterito perfecto & pluſquamperfecto, carere etiam participio futuri temporis. Ideo autem inchoatiua carent tempore perfecto quia omnia quæ inchoantur nihil perfectum habere debent. Frequentatiua forma in to quando exit ſemper primæ coniugationis eſt, ut lectito as, curſito as, ſcriptito as. Si autem in ſo exeat etiam tertiæ eſſe poteſt ut laceſſo laceſſis, faceſſo faceſſis.

c Oniunctiones tres ſunt nomina habentes ab ordine literaꝝ. quærũtur aũt in qnq; rebus. i. indicatiuo modo tempore præſenti numero ſingulari. ſecũda perſona ante litteras uel ante ſyllabas, ante litteras in uerbis actiuis & neutralibus, ante ſyllabas in cæteris. i. in paſſiuis communibus deponentibus. Ergo ubi a fuerit, prima coniugatio eſt, ut amo amas, ubi. e. eſt ſecunda ut doceo doces, ubi. i. tertia ut lego legis, ſed tertia plærũque & correpta eſt, & producta, quod deprehenditur hac ratione. Si correpta fuerit in paſſiuo penultima ſyllaba. e habebit ut lego legis legor legeris. Si autem producta fuerit. i. reſeruabit in paſſiuo: ut nutrio nutris nutrior nutriris. Quæ uarietas etiam de imperatiuo modo colligitur: nam tertia correpta in. e. exit: ut lege. tertia producta in. i. ut nutri. Item infinitiui modi penultima ſyllaba quæ ſi longa fuerit productam coniugationem eſſe demonſtrat: ut nutrire. Si breuis correptã eſſe demõſtrat ut legere. hæ autem coniugationes futuꝝ tempus indicatiui modi uarie mittunt. Nam prima & ſecunda coniugatio in. bo. dicunt: ut amo amas amabo. doceo doces docebo. Tertia uero correpta in am tantum mittit: ut lego legis legam. Tertia producta duas habet regulas requirendas in indicatiui modi tempore præſenti ſi ante. o. ultimum. e. fuerit correptum ĩ bo tantum mittit: ut exeo exibo. Si autem. i. habuerit ante. o. futuꝝ tp̃s & ĩ bo. mittit: ut ſeruio ſeruis ſeruibo, q̃s regulas. Probus artifex tuetur.

u Erborum genera ſunt quinq;. Actiua. Paſſiua. Neutra. Cõmunia. Deponentia. Quæcunq; illæ ſint diffinitiones quæ hic lectæ ſunt uarie tamen quantum ad ſignificationes id pertinet. Omnia iſta quinq; duas habet ſignificationes, ideſt aut agentis, aut patientis. Hinc eſt quod neutrali uerbo & agentis, & patientis inuenimus ſignificationẽ. agẽtis ut nato, & patientis, ut uapulo Item deponenti uerbo ubi ſola utiq; debuit eſſe paſſiua ſignificatio & agentis nonnunquam inuenitur, ut eſt loquor. Confuſio autem. Cõmunis uerbi caſibꝰ ſegregatur. Nam ſi accuſatiuum caſum iungas agẽtis eſt, ut criminor illum. Si ablatiuum patientis, ut criminor ab illo.

t Empora ſunt quinq;. præſens quod agit, ut lego. Præteritumperfectum quod omiſſum eſt & nõ cõpletũ, ut legebam. Præteritumperfectum quod cõpletũ eſt paulo ante ut legi Præteritumpluſquãperfectũ quod completum eſt olim.

ut legeram. Futurum quod imminet, ut legam. Vnde uitiose lo/
quunt, qui dicũt expecta mõ egrediar. Nã iungũt significationẽ
futuram & præsens tps. Itẽ qui dicũt cras lego lectionẽ, uitiose lo
quuntur. Nam cum lego temporis præsentis sit cras uero aduer/
bium futuꝝ utique hæc locutio non cohæret. Tractandum est il
lud an sana sit locutio hæc, cras legam an cras lego. Cras lego ut
diximus uitiosum est· Cras aũt legam ideo nõnulli uitiosum iu/
dicant: quoniam duo futura quasi in aliud futurum nos deferũt.

Odi uaria tempora recipiunt. Indicatiuus enim oĩa quin
m que habet supradicta tempora· ,Imperatiuus enim uero
duo tantum præsens & futurum. Optatiuus tria sed
geminata. Nam præsens & iperfectum pro uno est : Item perse/
ctum & plusquamperfectum habet & futurũ. Coniunctiuus tot
tempora hẽt quot & indicatiuus. Infinitus tria habet tẽpora præ
sens: præteritũ: & futuꝝ. Sed scire debemus in oĩbus passiuis uer/
bis præterita tpa idest perfectum & plusquãperfectũ habere ulte/
riora præterita personas omnes modi segregatas habẽt absque i
finito ubi cõfusæ sunt ut diximus idest tres. Modus aũt ipera
tiuus hẽt difficultatem personaꝝ quæ talis est: prima persona in
tempore præsenti deficit, sed in numero singulari. Cæterũ in nu
mero plurali non deficit, Ideo autem deficere creditur, tam in p/
sona quam in numero quoniam omne imperatiuum in alium
procedit, ideſt a secũda persona nascitur: in tempore uero futuro
tã in numero singulari quam in numero plurali prima persona
deficit. Secũda uero & tertia in numero singulari uno modo
proferuntur: ut legito tu legito ille: ut est apud Virgilium. Terti⁹
argolica hac galea contentus abito. Nã si dicam legito legat:
legito quidem erit tempus futurum: legat uero præsens Item
tertia persona numeri pluralis: his regulis cõtinetur. Indicatiuo
modo tẽpore præsenti tertia persona numero plurali. o. accipit.
& facit hanc personam. Imperatiui modi per omnes coniugatio
nes amãt amãto: docẽt docẽto: legunt legunto: nutriunt nutriũ
to. quod seruare maiores ut ait Horatius & quocunꝝ uolentani
mum auditoris agũto. Nam diceret agãt, tẽpus præsẽs ostẽderet
non futuꝝ. Pria coniugatio & tertia correpta tot ſyllabas hẽre
debet in secunda persona quot in prima habet indicatiuo mo/
do, ut amo amas, lego legis. Quod autem aliter fecerit anomalũ
est, ut edo es, comedo comes.

Duerbium dictum est eo quod necesse habet hanc
partem orationis uerbum sequi, ut cras faciam ho//
die legam cotidie scribo, sed non ut necesse est uer/
ba sequi aduerbium. Ita necesse est aduerbium sequi
uerbum. Nam quando dico facit orator. est elocu/
tio plena q̃q̃ sine aduerbio. Potest ergo uerbum sine aduerbio
poni. Aduerbium autem sine uerbo nunquam ponitur. In si/
gnificationibus aduerbioꝝ localia aduerbia diligenter aĩaduer/
tenda sunt, quæ habent quattuor species. In loco, de loco, ad lo/
cum, & per locum. In loco sunt hæc, hic, illic, ibi, intus, foris.
De loco sunt, hinc, illinc, inde, aliunde, uno modo tam de loco,
q̃ in loco proferuntur. i. sine coniunctione præpositiones. Ad
locum sunt hæc, huc, illuc, istuc, illo, intro, foras. Per locũ sunt
hæc, hac, illac, illa. Ergo animaduertere debemus, ut quotiens
fuerint aduerbia in loco iungamus uerba quæ habeant hãc signi
ficationẽ in loco, utputa ibi sum, illic sedeo, ĩtus & similia. Quoti
ens sunt autem aduerbia quæ significant ad locum iũgamus his
uerbis similiter quæ habeant significationem euntis, ut pergo il/
luc, uado illo, proficiscor intro, & similia. Nam si quis dicat ue/
nio ibi uitiosum est. Venio enim significationis est ad locũ, ibi
uero in loco est, & duo hæc diuersa nunquam cohærent. Nam
omnia aduerbia non recipiunt comparationem, sed ea tantum,
quæ ducunt originem a nominibus recipientibus comparatio/
nem, ut doctus docte, iure enim dicimus doctus doctissime, quo/
niam & nomen ipsum facit doctior doctissimus. Aduerbia autẽ,
quæ cõparantur in passiuo gradu duas habet regulas. e. &. er. ut
docte, fortiter. In cõparatiuo unam, ut doctus, & fortius. In su
perlatiuo aũt unam. e. quod semp productum est, ut doctissime,
fortissime. Quãdo aũt positiuus. e. terminatur: & quando. er. da/
tiuus singularis ostendit. Nam. e. tum terminatur aduerbium in
positiuo q̃n datiuus singularis. o. fuerit terminatus, ut docto, do\
cte, claro, clare. Tunc aũt aduerbium. er. terminatur. q̃n datiuus
singularis. i. fuerit terminatus, ut huic agili, agiliter, & huic forti,
fortiter. Quæ has regulas non seruant aduerbia anomala sunt.
Noĩa prouinciaꝝ semp recipiunt præpositiões, ut ad campaniã
pergo, de campania uenio. In cãpania sum· E cõtrario noĩa ci/
uitatum nunquã recipiunt p̃positiones, q̃n funguntur uice aduer/
biorũ. Verũtamen si ad locũ significãt accusatiui forma sequen

da est,ut Carthaginem uado,si de loco secundum septimum lo/
quimur,ut Carthagine uenio,si in,in loco duplex regula est. Nã
si nomen fuerit secundæ declinationis, aduerbium in loco fit se/
cundum formam genitiui,dicimus enim deli fui,beneuenti fui,
quoniam huius deli,huius beneuenti genitiuus est. Sinautem
nomen erit alterius cuiuscunq; declinationis. tunc formam seq/
mur datiui casus.Dicimus enim Carthagini fui.Tyberi fui, quo
niam huic Carthagini,huic Tyberi datiuus est. Sciendũ est sa/
ne pauca nomina his regulis repugnare,ut est Narbone in philip
picis Cicero. Cum tu Narbone mensas hospitium,conuomeres.
Debuerit enim dicere Narboni. Item Virgilius ait Tyria Car-
thagine qui nunc expectat,inquit Carthagine non Carthagini
quod erat regula.Sed Cicero Antyptosim fecit . Virgilius uero
metri necessitatem mutata regula seruauit. Generaliter tenendũ
est quod aduerbiis idest solis positis non debet coniungi præpo
sitio seperatim. Nemo enim dicit de sero de modo: Vnde nec
de mane dicere debemus, quod plærunq; ĩ usu habent . Sed qm̃
legimus dum mane nouum idest hoc ipsum mane iam nomen
effectũ est:genus enim non recipit nisi nomen. Videmur ei adii/
cere posse præpositionem.Quare tutius loquuntur & solum ad
uerbium sine præpositione ponunt:ut mane uenit & quando uo
lunt addere præpositionem genus coniungunt:ut de primo ma
ne uenio:iam enim non uidetur iungi ei parti orationis quæ est
mane:Sed quæ est primo.

Articipium dictum est quasi particapium. habet enĩ par/
p tes.a nomine duas genus & casum.a uerbo duas tempus
& signifationem . Ab utroque duas numerum & figu-
ram:ideo ab utroque quoniam numerus & figura tam modo ac
cidunt q̃ uerbo:illa enim bina iis tantũ accidunt a quib⁹ trahũtur
Enera participiorum sunt hæc.Masculinum. Fœmininũ
g Neutrum & omne. Masculinum participium in us sylla/
bam terminatur: Fœmininum in.a. Neutrum in um.ut
lectus lecta lectum.lecturus lectura lecturum. legendus legenda
legendum.Nam hæc sunt duo tempora præteritum & futurum
quæ genera secundum regulas quas diximus diuidunt.Præsens
autem participium semper generis est omnis: & duabus claudi-
tur consonantibus:.ut est legens.

Asus totidem sunt in participiis quot in nomine & pro/
nomine.Participia autem.Masculina & neutra secundæ
sunt declinationis.Fœminina primæ.Omne tertiæ ĩquo
Ablatiuus &.i.&.e.terminatur:ut amanti & amãte. Sed scire cõ-
uenit qđ ars exigit ut.e.lĩa terminet.i. ãt ubi fuerit terminatus:
Ablatiuus huius participii necessitas ẽ aut metri:aut euphoniæ.
Empora ĩ participiis latinis tria sunt præsens:præteritũ:
t & futurum.Regulæ tamen quattuor sunt.Nam præsens
unam habet quam diximus.ns.ut legens.Præteritũ unã
.us.ut lectus. Futurum uero duas habet regulas:rus & dus:ut
lecturus & legendus. Ideo autem neutrale uerbum tot & eadem
habet participia quæ & actiuum quoniã sic declinatur ut actiuũ.
Nam participia declinatione noscũtur: Deponẽs autem uerbum
participiũ futuri in rus mittit:ut auxiliaturus.Nam ideo dictũ est
deponens nõ quod.r.litteram nõ deponat.(Nam & commune
deponens esset:& hoc.n.r. litteram nõ reliquit) .sed ideo depo-
nens dicitur,quod deponit participiũ declinatiõis suæ,idest tu-
turum quod dus syllaba terminatur . Nemo enim potest dicere
loquendus,licet inueniamus apud poetas hanc usurpationẽ.Cõ
mune uero uerbum ideo habet quattuor participia,quia cõe est.
i.agentis,& patiẽtis habet significationẽ,& nouimus quod duo
participia ueniunt ab actiuo,& duo a passiuo.Sane scire debem⁹,
quod licet latinitas non habeat,neq; præteritũ participiũ ab acti
uo,neq; præsens a passiuo.ĩuenitur tñ apud poetas talis elocutio
ubi alterius tpis pro hac significatiõe ponat,ut est Vir. Et qua ue
ctus abas,& qua grãdæuus alethes. Vectus.n.dixit pro eo qđ est
uehebat.Regulæ pticipiorũ ita se habent,ut participiũ futuri tẽ-
poris a passiuo regat pticipiũ præsentis tpis ab actiuo.i.ut de pti
cipio futuri tpis a passiuo sublata dus syllaba,& addita.s.littera
faciam⁹ pticipiũ pñtis tpis ab actiuo,uel e cõtrario.Itẽ pticipium
pñtis tpis a passiuo sublata.s.lĩa.& addita rus syllaba facit ptici-
piuũ futuri tpis ab actiuo,ut lectus,lectur⁹,uel e cõtrario. Sed his
regulis repugnãt pauca pticipia noua rõne usurpata,ut ẽ moritu
rus qđ nulla rõne dĩ sublata.n.rus syllaba,& addita.s.lĩa mori/
tus facit,quod latinitas nõ habet,nam mortuus dicimus.Et illud
sciendũ est maiores nostri sæpe a uerbis neutralibus,præsentis tẽ
poris usurpasse participia,ut est regnata,triumphata,plácita, nup
ta, pransus, cœnatus, & similia. Quibus nos ideo utimur,

quoniam auctoritate firmantur: nō tamen possumus de aliis uel bis neutralibus similiter quæ non lecta sunt usurpare: Sed debemus ea tantum quæ lecta sunt dicere.

c Oniunctiones dictæ sunt ab eo quod cōiungant elcutionem: Nam si quis dicat:ego tu eamus ¦ dissidet elocutio: si iterponas &. & dicas ego & tu eamus īcipit cohærere. Copulatiuæ dicuntur eo quod & uerba & sensum copulant ut si qs dicat ego & tu eamus. Nam in hac elocutione & uerba coniuncta sunt & sensus. Vtrunque enim iturum significat. Disiunctiua uero penitus contra naturam sermonis fuisset inuenta: nisi uerba coniungeret. Nam quid tam contrarium cōiunctioni, quam habere species coniunctionis? sed ideo disiunctiua dicitur quod sensus disiungat. Nam uerba coniungit, ut si quis dicat ego aut tu eamus, nunc enim elocutio coniuncta, sed sensus disiunctus. Non enim utrunq; sed alterum iturum significat. Expletiuæ dicuntur coniunctiones eo quod illud quod minus fuerat expellere contendunt:ut si quis dicat negligenti lege dicendo lege in eo eum arguit quod non legit. At si dicat saltem lege:in eo arguit quod nihil omnio agit. Inter causales,& rationales hoc interest,quod tunc utimur causalibus quando de causa loquimur. tunc rationalibus. quando de ratione. Causa est autem quæ nos impingit ad aliquid faciendum. Ratio autē qua utimur in faciendo. Sed plane faciendum est quod pro rationalibus causales ponere possumus,& pro causalibus nunquam ponimus rationales. Etenim causa non statim rationem recipit. Vbi autem non est iam causa præcessit. In ordine autem hoc seruandum est:quod sunt aliquæ quæ semper præponuntur:ut ast: at:dicimus enim ast ego quæ diuum incedo regina. nō ego ast: Et itē at pr̄ Anchises. nō. n. pater at. Postponunt uero q; & āt, dicimus. n. primusq; machaon nōq; prim⁹ machaō. Et hoc aūt fac: non autem hoc fac. Igitur uero & primo,& medio,& ultimo cō uenit loco:dicimus enim igitur patres conscripti censuerunt, & patres igitur conscripti censuerunt.

p Ræpositio dicta est. quod in loquendo præponitur:dicimus enim apud amicum sum. Excepta bina præpositione quæ nunquam præponitur. sed postponitur si/cut tenus,dicimus enim pubetenus,& nō tenus pube, & excepta altera præpositione,idest cū scilicet in pronominibus non nullis:ut: mecum:tecum: nobiscum:uobiscum:quod contra artem ex aperto dicitur: nemo enim dicit cum me cū te propter cacephaton: Natura enim prepositionis exigebat: ut præponeretur. Accusatiuæ præpositiones sunt. xxx. quæ accusatiuo tantum iunguntur uel singulari uel plurali. Ex his ad & apud diuersas habent significationes. Nam ad:ad locum significat:ut ad patrem uado. Apud uero ī loco:ut apud parētes sum: sed ad nōnunquam auctoritate etiam in loco reperitur: ut decem fiscos ad senatorem illum relictos,& apud Marōem. Ad Troiam pro charis gesserat argis. Tentauerunt plærique facere discretionem & in hac elocutione: q̄ fit de ad & de in. ut ad forū uenio,& ī forū uenio:Et enī ad forum uenio est ad fo; accedo:in forū uenio forum ingredior,ut sit illud potius propinquātis ad locum, hoc autem locū ipsum tenētis,sicut uidetur locutus esse Salustius dicēdo. ire utique imperatores ad urbem erant utiq; impediti ne triumpharēt calumnia paucorum. Nam si nec dum triumphauerant,urbem ingressi non fuerāt. Ergo ad urbem quod dixit propinquātis significatio habetur,non ingredientis. Vsque etiam præpositio nouo modo sibi aliam coniungit præpositionem,dicimus enim,ut Virgilius adusque columnas exulat. Nec sequi debemus quod nōnulli dicunt usque aduerbium esse,multo minus enim sibi iūgeret præpositionem si aduerbium fuisset. Aduerbio enim sæpe præpositio separatim non cohæret. Et. e. & ex præpositiones habent differentiā, ná si pars oratiōis sequatur a uocali inchoās ex præponimus,ut ex animo. Si autem a consonante inchoet. e. ut. e. foro. E contrario autem positæ aut hiatum faciunt,aut asperitatem hiatum. e. animo,asperitatem ex foro. Clam præpositio, quam donatus inter ablatiuas posuit,scire debemus quod indifferenter pro arbitrio dicentis & ablatiuo iungitur & accusatiuo, dicimus enim clam patre & clam patrem,In sub,super, & subter & accusatiuæ sunt & ablatiuæ. Sed apud maiores nostros indifferenter ponebant̄ idest nulla lege seruata. Nam & Virgilius dixit Rapuitque in fomite flamam,pro in fomitē,& Hora. Naso districtus ensis quod super magna ceruice pēdet,pro super ceruicem. Cicero fortes in eo quiritis, pro in eū & similia. Aetas posterior super & subter accusatiuas fecit,in,uero& sub coniungitur accusatiuis casibus cōmutatio est loci,ut in forum uado. Sub basilicam uado. Tunc iungitur ablatiuis cum permāsio est uerborum

quæ elocution[illegible]xponenda ſunt ratione colligitur. Nam pergo proficiſcor & huius motum ſignificant. Sto: ſedeo: dormio: & huius permanſionem. Loquelares præpoſitiones ideo dicuntur quia ſemper cohærent, ut conduco, recipio, cohærere autem eas res illa ſignificat, quod non patiuntur in ſignificatione interpoſitionem. Nemo enim dicit con tibi duco, aut re illum cipio. Præpoſitiones cum poſt poſitæ fuerint ſi caſū ſuum reſeruent adhuc præpoſitiones ſunt: ut tranſtra per & remos. ſi autem caſum mutēt ſunt aduerbia, ut tempore poſt. Sed plærumque metrorum ratione etiam præpoſitæ idem faciunt, ut longo poſt tempore uenit. Et illud ſciendum eſt præpoſitiones utriuſque caſus quotiēs pro aliis præpoſitionibus ponuntur illis eas caſibus iungi qui-
bus iungūtur illæ pro quibus ponūtur, ut in alterum. Nam quoniam in modo cōtra ſignificat tantum accuſatiuo iungenda eſt Contra enim accuſatiui caſus eſt. Item multa ſuper Priamo rogitans, quoniam ſuper de ſignificat tantum ablatiuo iungenda eſt, de enim ablatiui caſus eſt.

i Nteriectiones proprie ſunt affectus uoce incognita condita expreſſi, ſed & plenus frequēter ſermo, p interiectiōe habetur: ſi affectum ſignificet: ut proprie dolor & ſimilia.

f Vnt nomina ſimilia participiis præſentis temporis, ut demens, legens: quæ hac ratione diſcernuntur. Si enim nomen fuerit comparationem recipit ut dementior, dementiſſimus: ſi autem participium fuerit non recipit comparationē. Nemo enim dicit legentior, legentiſſimus. Quid ſi ſit nomen non ſimile participio, ſed quid ſit, & participium aliam recipit diſcretionem, ut eſt amans, quod & nomen eſt, & participium. Nam ſi ſit nomen genitiuo iungitur, ut amans tui, ſi autem participium ſit accuſatiuo iungitur, ut amans te: quemadmodum colens te. Si autem inuenian tur nomina ſimilia participiis præteriti temporis, uel potius eadem & participia diſcernūtur in declinatione. Nam participia ſi fuerint ſecundæ ſunt declinationis, ut hic uiſus, huius uiſi, hic auditus huius auditi. Si autem nomina fuerint erunt quartæ declinationis, ut hicuiſus huius uiſus, hic auditus huius auditus. Quā quā hæc q̄ diximus ēt illa ratione diſcernimus, qd' participiū tūc eſt quom tēpus hēt, utputa ille auditus eſt: quom aūt nō habet tēpus nomē eſt: ut auditus meus, obtuſus eſt, & uiſus meus breuis.

Væ ſunt principales partes orationis, nomē & uerbum eo quod ipſæ ſolæ faciunt elocutionem, ut Cicero ſcripſit. Virgilius fecit: &

q ſine ipſis nulla pars implet elocutionem. Nā quando dicimus ipſe legens dixit. Ariſtotelī ci dicunt duas eſſe partes orationis nomē, & uerbū. Stoici quinq;. Grāmatici octo. Plærique nouem, plæriq; decem, plæriq; undecī. Interiectionem græci penitus non habent: ſed inter partes ora-
tionis. ideſt in octo non computant. Nos articulo non penitus caremus, ideſt eum articulum, ſed in pronomine computamus. Tres partes orationis ſunt quæ caſibus declinantur: nomē: pronomen, participium, & una quæ temporibus ideſt uerbum. Cæteræ omnes quattuor non declinantur. Quæſitum eſt quādo pars orationis officio fungitur utrum ius ſuum retineat, an eius cuius accipit ſignificationem, nam frequēter īuenimus & nomina pro aduerbiis poſita, ut toruum clamat, & aduerbia pro nominibus: ut mane nouum. Quare ſciendum eſt quoniam ſi nomen ſit pro aduerbio inſtitutum incipit non poſſe declinari. Etenim cū deſinat eſſe quod eſt, & tranſeat in aduerbium incipit iam non poſſe declinari, quemadmodum nec illud aduerbium naturaliter declinatur. Item aduerbium ſi tranſeat in ſignificationem nominis nonnunquam declinatur quoniam ſignificat eam partem orationis, quæ recipit declinationem. Vnde eſt illud apud Plautum a primo mane uſque ad ueſperum, modo mane nomen eſt, hoc mane huius manis, huic mani, hoc mane, ab hoc mane. Nam ſi aduerbium eſſet nec genus reciperet, nec præpoſitioni adiungeretur, nec poſſet terminari.

p Roprium nomē in quattuor diuiditur partes. Prænomē. Nomen. Cognomen, & Agnomen. Prænomē eſt quod in loquendo præponimus, ut publius. Nomē eſt cōmune familiæ, ut Cornelius. Cognomē eſt, ppriū uocabulū, ut Scipio. Agnomē eſt qd' extrinſecus ſumitur uel a uirtutibus, ut Affricanus uel a uitiis, ut iugulator. Sed ſciendū ē qd' plærūq; cōtīgit, ut

tantũmodo inuenitur, ut ecce Romulus unum tantum habet. plærunque duo, ut Numa pompilius. plærunque tria, ut Publius Virgilius Maro. plærunque quattuor, ut Publius Cornelius Scipio Affricanus. Sane sciendum est quod quotiens unum inueni tur cognomen est, nemo enī potest esse sine uocabulo: quotiens duo plærunque pronomen & cognomen sibi libertus est. Nam non potest libertus habere nonen quod familiam significat, cum ipse sine familia sit. Appellatiuorum species sunt uigintiseptem. Sunt nomina corporalia quæ uidemus & tangimus ut terra lapis. Sunt incorporalia: quæ nec uidemus nec tangimus ut pietas iusticia. Sunt primæ positiōis quæ a natura firmata sunt ut mons schola. Sũt deriuatiua quæ a primæ positionis nomine eiusdem dicuntur ut montanus scholasticus. Hæc autem deriuatiua non regulis sed auctoritate firmantur nam plærunque inuenimus uaria ab uno sermone. ut tuder est tudertinus tuders. Sunt etiam diminutiua: quæ sententiam minuunt & non semper sed frequenter syllabis crescunt ut agnus agnellus. sunt etiam alia sono diminutiua: ut tabula, fabula in his significatio principalis est: sed enunciatio diminutiua. tunc enim reuera essent diminutiua si haberent alia principalia: ut oculus ocellus. sunt quæ dicuntur tota græca ut Dido manto græce hæc & latine possunt declinari græce ut dido didous latine dido didonis: manto mantous & manto mantonis. sunt quæ tota latina appellantur: quæ longe aliter. a. latinis proferũtur: quam a græcis. Nam quom græci dicant. Pollydeus latini appellant pollux. Hæc autem quæ tantum latina sũt latine declinamus. Sunt quæ appellantur notha q̃ non primis syllabis sed ultimis a græco sermone dissentiunt: ut achil leus achilles: agamemnon agamẽno & fere omnia græca quæ in on exeunt. detracta enim on syllaba per breuem o proferun/tur: ut apollõ apollo platõ plato· sunt synonyma quæ uarias habent elocutiones sed unam significationẽ ut terra solum humº tellus. sunt omonyma superioribus contraria ut aries: nam & machinamentum est quo muri expugnantur: & sidus in cælo: & animal in terris aries uocatur. sunt patronymica q̃ trahunt nõ tantum a patribus sed etiam a parentibus. Nam inueniuntur & a matribus dicta hetideus retoides: & ab auo: ut æacides: & a maioribus ut dardanides æneades, & a uitrico: ut amphytrionides. sic ergo dicimus patronymica non a patre tantum sed a parentibus tracta ut dicimus patricidam non qui patrem tantũ sed qui quenque parentum necauerit. Hæc autem patronymica si græca fuerint in des exeũt ut atrides aut in ius ut atreius. aut in on ut atriõ sed quæ in des exeunt tantum patronymica sunt ut atrides agamemnon. Quæ in ius exeunt & patronymica & possessiua ut atreius agamemnon & atreius gladius Euandrius ensis. Quæ autem in on exeunt in latinum sermonem non transeunt. Fœmina autem aut in is exeunt ut atreis: aut in ias ut atreias. aut in en: ut atrien. sunt etiam nomina adiectiua quæ plærunque sensũ habent: sed cõiunctione iactantur: ut magnus fortis. dicimus enī magnus uir, fortis exercitus. Sunt etiam qualitatis quæ trahuntur ab animo a corpore extrinsecus: ut doctus niger fœlix. Sunt quãtitatis, quæ trahuntur a mensura ut longus latus. Sũt gentis quæ gentem significant: ut græcus hispanus. Sunt quæ patriã significant: ut Romanus. Sunt quæ numerum: ut unus duo tres quattuor quinque. Sunt quæ ordinem ut quintus sextus. Sunt quæ ad aliquid dicuntur: quæ penitus non possunt sine alterius coniunctione intelligi ut pater. Non enim potest dici nisi filium habeat: Sunt ad aliqualiter se habẽtia: quæ e cõtrario significationem sumunt: ut dexter siniſter niger candidus. Sunt generalia in quibus species continentur: ut animal. Nam animal dicitur & homo & canis & equus, Sũt specialia ut sunt ea quæ diximus canis homo & equus. Nam illa sunt specialia: quæ genere discernũtur. Sunt facta de uerbo ut dictor lector. Hæc autem semper ī tor exeunt & oriuntur a gerundii modo ultimo tempore & ultima syllaba in tor uersa per omnes coniugationes ut amatu amator. doctu doctor. auditu auditor. lectu lector. Sunt etiam participiis similia: ut demens nam sic est demens quasi legens: sed demens nomen est quia recipit comparationem. i. dementior legẽs uero participium quia non recipit similiter comparationem. Sunt etiam uerbo similia: ut cõtemplator: sed hæc cum casum accepe-runt nomina sunt & contemplator huius contemplatoris facit. Cum autem tempus habuerint uerba. Vt Maro dixit contemplator aquas dulces. Sed comparatiuus gradus generis est semper communis, excepto uno quod est senior, hoc enim ut Probus dicit tantum generis masculini est: nam omnia quæ recipiunt comparationẽ qualitatis sũt & quantitatis sic. ut puta non omnes qui studẽt causas agunt, quisquis autẽ causas agit: studuit sine dubio

Recta comparatio est quæ primam syllabam integram per om-
nes seruat. ut doctus doctior doctissimus. Si autem integrā non
seruat inæqualia efficit nomina quæ sunt tātum tria bonus: ma-
lus: magnus: cum constet comparatiuum gradum minus signifi
care uideatur: ut clarior clarissimo: doctior doctissimo. Præterea
ipse comparatiuus nonnunquam positiuum significat, quādo di
cimus senior significās, tamen senex. At cum Salustius dicit. Ma
re ponticum dulcius est q̄ cætera. modo inuenitur Comparatiu⁹
non solum comparatiuus non est: sed nec positiuus. Nam mare
non modo dulcius nō est: sed nec dulce quidem. Donatus dicit
quinq; tantum aduerbia genitiuo esse iungenda, tanquā magis
minus: maxime minime, ea scilicet ratione: quoniam uim in se
habent comparandi: atq; ideo non debent comparatiuis casibus
iungi ne uideatur cōparatio geminata. Qui. n. dicit tā doctior,
pene dicit hoc doctior doctior: qđ latinitas nō patit. Prob⁹ āt di-
cit omnia aduerbia quæ uim augentis: aut minuentis in se habēt
non debere coniungi nec superlatiuo, nec comparatiuo. ut sunt
ista ualde, multum, plurimum, per & similia. Nā ista nomina tan-
tum positiuis gradibus debemus adiungere. Quod superlatiuū
dicit genitiuo plurali non adeo uerum est, nam inuenimus eum
etiam singulari genitiuo posse coniungi, tunc quando noīa sunt
enunciatione singularia intellectu uero pluralia, ut est O danaū
fortissime gentis. Quod dicit enunciatione masculinum intelle-
ctu esse neutrum pelagus uerum est uulgus falsum est. Nā uulg⁹
& neutro, & fœminino genere legimus apud Virgilium fœmi-
nino. In uulgum ambiguam, neutro ignobile uulgus. Balneum
generis neutri est in numero singulari, fœminini quidem secun-
dum usum: ut occisus ad balneas pellicias tamen & neutraliter
legimus: ut balnea uitantur in horatio. Cœlum in numero sin-
gulari generis neutri est. In numero autē plurali generis mascu-
lini: habemus enim in Lucretio. Quis totidem uertit cœlos. Cæ
pæ in numero singulari neutri generis est: ut tunicatum cum sa-
le mordens cæpæ, & hoc nomen tres hoc solos habet casus, hoc
cæpe: hoc cæpe, hoc cæpe. In numero autē plurali genere fœmi-
nino simpliciter declinatur. loca & ioca similia nomina sunt, nā
in numero plurali, & masculino, & neutro genere declinantur,
dicimus enim & ioca, & loca, & loci, & ioci. In numero autē sin-
gulari tātum masculini: ut iocus & locus. Quod dicit genera cō-

mnia esse inter masculinum: ut puta pampīnus, non ita intelligi
.us quasi sacerdos, nam sacerdos si masculus est hic sacerdos di-
citur, si fœmina hæc sacerdos non possumus hoc pro nostra uo-
luntate confundere: sed pro naturæ qualitate discernimus. Pam-
pinus uero & dies, & similia pro nostro arbitrio uel masculino:
uel fœminino genere proferuntur. Nomen nec in totum fixum:
nec in totum mobile: at fixum leæna secundum Virgilium Tor-
ua leæna lupum sequitur, secundum Ouidium mobile est qui di
xit, ut lea scæua sitim multa compescuit unda. Eiusdē generis de
bent esse diminutiua: cuius generis sunt principalia, ut puta ideo
hæc domūcula generis fœminī ē, qa & hæc dom⁹ generis fœmi
nini ē Exceptis. s. paucis istis: scutū: pistrū: cāis: rana: uerna, scutra.
nā scutra scutrini facit. beta betucusus. Puluis dī qa nūeri singu-
laris est tm̄, sed legimus apud Horatiū. Ouides dispare pulueres.
Item pax: lux dicit numeri singularis: sed legimus apud Salustiū,
paces & luces. Item quirites dicit numero tantum plurali, sed le-
gimus apud Horatium hunc quiritem uetus nominatiuus hic
quiris. Item idem Horatius quis te quiritem, cuius nominatiuus
erit hic quirites: ut dicit Petronius. Quadrigas dicit numero tan
tum plurali sed. Varro dicit nūero singulari. Virus generis neu-
tri est, & declinatur quemadmodū doctus hoc uirus huius uiri.
Legimus. n. apud Lucretiū Tetry primordia uiri. Dicit noīa iam
cōpositā nō debere cōponi, & idē paulo ante dixit de cōpluribus
potuisse cōponi, ne cōtrariū sit, ita intelligi debet, ut liceat nobis
nomē cōponer bis, sed ita ut pria cōpositio sēsū nobis ī cōtrariū
nō uertat: ut territus īperterritus. Illud. n. nobis nō licēt facere: ut
p cōpositionē primū cōuersū ī cōtrariā significationē nomē p se
cūdā cōpositionē ualeam⁹ reuocare ad primā significationē, ut ē
doct⁹ īdoctus, qñ antiq; nulla rōne dī p̄fectū uigilū sic dicat quē
admodū tribun⁹ militū. i. si pro uno noīe accipit uterq; sermo in
priore parte tantūmodo declinat. Si aūt uoluerimus elocutionē
facere dicimus p̄ fectus uigilibus quo tpe licet nobis ēt i hac duo
noīa aliquē adferre sermonē, ut præfectus est uigilibus.

Asus plærique quattuor esse dicunt auferentes no-
minatiuum, & uocatiuum. Nominatium qui simi
lis est uocatiuo. Ideo autem auferunt nomi-
natiuum quoniam quom casus sit ab eo quod fa-
ciat, nomen habere. Nominatiuus e contrario rectū

nomen ostendit. Alii quinq; docent,ut græci qui ablatiuum habent. Alii sex ut latini qui ablatiuum addunt. Alii septimũ etiam addunt casum qui ablatiuo similis inuenitur. Nam quãdo dico reuera doctior illo,& doctior ab illo eadem inuenitur elocutio,quando autem dico illo præsente suscepi, & ab illo præsente suscepi,non est similis ab utroq; casu elocutio. Nam illo præsente suscepi inter duas tantummodo res geri uidetur. Nõnulli adiungunt octauum casum qui fit cum quid per accusatiuum cum præpositione possumus docere,dicimus per datiuum sine præpositione,ut clarior it in cœlum,& it clarior cœlo,ut subeũt ad murum,& subeunt muro. Inflexionum autem uarietates in sex sũt. Aliquando enim omnes casus uarios exitus sumunt, ut est unus quæ dicitur forma ex aptota. Item pentaptota dicitur,ubi quinq; sunt uarietates. Item tetraptota ubi quattuor,ut est species. Triptota ubi tres sunt. ut est templum. Diptota ubi duæ,ut cornu,genu. Nam nominatiuus,accusatiuus,& uocatiuus corripiunt. Alii tres producuntur,idest genitiuus,datiuus,ablatiuus. Est etiã monoptota,quam non bene monoptotam,sed aptotam dicimus,ut nequam,nam monoptota illa sunt quibus unus tantum casus ẽ, ut sponte. Aptota uero illa sunt,ubi omnes quidem sunt casus, sed nulla ratione uariantur,ut est frugi. Inueniuntur autem noia unum casum habentia,ut tabo,aut duo tantum, ut hic Iuppiter o iuppiter,aut tres tantum,ut hocnefas,aut quattuor tantum, ut huius dictionis,huic dictioni, hãc dictionem,ab hac dictiõe. Sed horum nominum reliquos casus in usu quidem non esse manifestum est. In auctoritate autem sæpius reperiuntur. Inimicus datiuum regit,quanquã usus uendicet nominatiuum. Inimicus.n. est mihi,dico non meus. Item secundus ab illo est,dicimus non secundus illi,quanquã ista nomina suis casibus seruiunt etiã aliis alia auctoritate iunguntur. Nam & pactus illam rem dicimus & illa re. Quod dicit ab his mulabus,filiabus,deabus nos dicere debere. Sciendum est propter testamẽtorum necessitatem. Nã hæc pauca dicit. Probus contra artem esse susceptа,nec nos debemus ad istorum similitudinem alia declinare,ea enim quæ arte carẽt solaauctoritate firmantur. Vas in numero singulari tertiæ declinationis est,in numero plurali secundæ. Dices secũdum regulam tantum fœminini generis est. Nullum enim nomẽ est producto ablatiuo terminatum quod alterius possit generis inueniri quod dicimus genere masculino idẽ ratio persuasit aduerbii. Nam hodie dicentes quasi hoc die significamus,nec tamen dicimus hodie quasi hac die. Nam quotiens nominatiuus singularis.n.&.r.terminatur ablatiuis in.e. etiã genitiuus pluralis in um. Exit.a.supradictis regulis. Accusatiuus singularis tũc in .im exit:quum ablatiuus singularis indubitabiliter.i. terminatur. ut ab hac ui.& ab hoc Thyberi facit enim hanc uim hũc thyberim. Si autem.e.terminatur ablatiuus:tunc uariatur Accusatiuus, ut ab hac puppe hanc puppem. Domus & iugerum ab antiquis aliter declinabantur quam hodie declinamus. Nam domus erat quartæ declinationis. Iugerum tertiæ,nos autem in hoc nomine.i.domus tres in unum casum usurpamus.a.secunda declinatione ablatiuum.a.domo,genitiuum pluralem harum domorum,accusatiuum pluralem has domos. In nomine autem iugeris,unum tantummodo usurpamus ablatiuum ab hoc iugero. V.littera tunc retinetur in datiuo plurali,ut ipse dixit, quum aliqua discernenda sunt. ut artubus,& arcubus,cui regulæ tamẽ inuenimus duo nomina contraria,idest nulla discretione interueniente.u.retinentia. ut specubus,& tribubus,quæ ab istis regulis discrepant. Nomina tãtum pluralia uulcanalia,minerualia,ideoque illæ regulæ ablatiui sunt singularis,hæc autem nomina sunt numeri tantum pluralis,quæ licet regulas non habẽt, tamen ad similitudinem nominum declinanda sunt,quæ nomina regulis continentur.i.ut sic declinemus. hæ kalendæ quemadmodum hi agiles,hæ idus quemadmodum hæ manus,quanquam dixerunt,ut quemadmodum regulis carent, ita uarie declinarentur. Nam inuenimus apud auctores & ancilium, & anciliorum, & uulcanalium,& uulcanaliorum. Item nomina græca.a.supradictis regulis segregantur,ut emblema,poema,& hoc iuste. Nã si græca sunt ablatiuo carent illæ autem ab ablatiuo originem sumunt quas non possunt suscipere nomina ablatiuo carentia. sed hæc maiores nostri aut tertia declinatione declinabant si fuissent generis neutri ut poema,poematis,aut prima declinatiõe declinabãt,si fuissent generis fœminini. ut hæc pœna,huius pœnæ quanquam inuenimus aliquos casus nec ab illis : nec ab istis regulis declinatos idest genitiuum pluralem,& datiuum, & abla

ablatiuum pluralem:legimus enim apud Ciceroem horum poe/
matorum his poematis ablatiuo ab his poematis:similiter & em
blematorum & emblematis.peripatesmatorum peripatesmatis:
Analogia dicitur ratio declinatiois nominum inter se omni par-
te similium latine proportio uocatur. Nomina autem similia sũt
omni parte si octo rebus sint similia idest ex illis quæ accidũt no
mini qualitate comparatioe:genere:numero:figura:casu: deinde
exitus syllabarum deinde consonantium:rationes penultimarũ
atque si una res ex istis octo desierit similibus:dicimus .n.nomẽ
nulla ratione declinari similiter cuius rei exemplum & lupus sit
lupus nam septẽ partibus cõsentiunt:tamen quasi genere dissen-
tiũt.Lupus eni in aliud genus:ut lupus:lupa:lepus lepa nõ facit.

Robus autem pronomen in quattuor partes diuidi puta
p uit ,idest pronomen infinitum:finitum minusquã finitum
& possessiuum quod nõ uidetur habere rationẽ unde Do
natus melius qui in duas ptes in primo diuisit. Nam si ea sunt
finita pronomina quæ recipiunt personas. Alia omnia quæ non
recipiunt personas infinita dicenda sunt, Vnde apparet quod in/
finita & minusquãfinita sunt & possessiua. In illis enim non ac
cidit certa persona,cuias,& nostras,uel cuiates & nostrates, nam
utrunque dicimus secundum Plauti auctoritatem gentem signi
ficat, ut est cuius gentis optime nostræ gentis. plærique accen
tum i ultima syllaba ponũt,quãdo cuiam,sed praue, Nam nulla
pars orationis est latina absq; prædictis,quæ potest in ultima ac-
centum tenere.i.pone & alias.Sunt aliqua pronomina quæ casi-
bus crescunt nominatiuo, ut quis uel qui, genit uo singulari, nt
mei uel mis , tui uel tis. Ablatiuo singulari ut .a. quo uel.a,
qui,plurali datiuo uel ablatiuo,ut a quis uel a quibus,qua rãtiõe
fiant superius diximus. Sunt econtrario quæ casibus decrescunt
nam uocatiuus non inuenitur in pronomine ego. Aliquan/
do nominatiuus & uocatiuus, ut in pronoie sui sibi se a se. Ali/
quando tantum accusatiuus, eccum eccam ellum ellam. Ali
quando tantum genitiuus ut cuia,& cuium. Quod autem dici/
mus sui aliqd esse pronomen uer; est, nõ enim de possessiuo nas
citur cuius nominatiuus est suus. Nã si inde nasceretur datiuum
omitteret,ut suo non in.i.Præterea est aliqua differẽtia qd hoc
pronomẽ sui,uel sibi, utriusque numeri est.Illud uero possessiuũ
suum & singularem habet numerum & pluralem. Quæsitum est
apud græcos an.O.uocatiuus esset articulus & prouocatus non
esset. Omnes enim articuli cum de numero singulari ad plura/
lem transeunt uarie proferuntur, ut hic & hi huius & horum &
reliqui.Quando autem dicimus o docte & docti, & utroq; nu/
mero eundem articulum ponimus,quæ res non articulus uidet,
quia non mutatur in numero plurali,sed potius aduerbium uo/
cantis,ut quemadmodũ dicimus heus uos docti, sic dicamus o
tu docte,& o uos docti.Inter articulos,& pronomẽ hoc interest:
quod pronomina tunc cum sine nominibus sunt, & absentium
nominum uidentur explere personas,ut hic & hæc & hoc,quan/
do autem dico hic æneas huius æneæ iam nõ possunt pronomi-
na dici,cum non fungantur eorum nominũ quæ præsentia sunt
officio,Ipsa enim nomina per significationem implent. Neuter
alius:& reliqua constant esse nomina: quoniam probus uiginti
& unum dicit esse pronomina in quibus ista non computantur.
Ea pronomina quæ utraq; parte nominatiuum habent secundũ
formam nominum declinant. Nã sic declíamus quisquis utraq;
parte.sic autem priore parte non declinamus aliquis quẽadmo/
dum nec iurisperitus .Sic posteriore parte nõ declinamus quis/
piam quemadmodum nec tribunusmilitum.

Di:noui:cœpi:memini.Quæritur cuius sint tempo-
ris quom constat esse perfecti. Nam & perfectum
o in.i. semper exit, ut legi , scripsi, & præsens tempus
nunquam in.i.sed semper in.o.exit. Illa enim uer/
ba significationem habent præsentis tẽporis regu/
las autem præteriti. Sum defectiuum uerbũ ẽ in coniugatiõe.
Nam quando dicimus es non potest esse secunda cõiugatio, qa
&.e.correptam habet,& in prima persona.e.ante.o.non habet.
Pudet.& tedet,quasi defectiua posuit. In superiore autem parte
impersonalia non contrarie sunt posita. Nam hoc ipsum uer/
bum impersonale defectiuum est. Sublatis enim de primo
uerbo duabus personis, prima & secunda. Tertia utique supe/
rest. Quæ si non sibi adiungat pronomen defectiuum di-
citur esse uerbum. Si autem adiungat impersonale.

habent declinatiõem:in reliquis aũt actiuam:ideſt temporibus. Sunt alia inæqualia quæ ſuam habent declinationem,& contraria ſunt:ut placeo:nam & placui facit,& placitus ſum. Sunt item alia inæqualia quæ ideo ſunt inæqualia,quoniam primam ſyllabam non reſeruant:ut nolo,uolo. Faciunt enim nolo, non uis: nõ uult:non nolo nolis nolit. Itẽ uolo uolis uolit,nõ dicimus. Sed uolo uis uult. Sũt aliqua penitus anomola:de quibus nihil poſſumus dicere niſi quod lectione declinetur eas uſurpare perſonas:quæ tantum auctoritate firmantur, & ſunt hæc faxo faxis: inquit,infit,inquam:& reliqua Prima perſona in indicatiuo modo ſemper corripitur:ut lego abſq; monoſyllabis: ut do,flo,ſto, quæ quidem ſi fiant poliſyllaba:ut reddo:reflo,reſto,corripiunt. Verba quorum declinatio in noſtra poteſtate eſt, ſunt hæc ,tondeo:lauo,fabrico,punio,& reliqua. Veruntamen debemus ſecũdum naturam actiuũ,uel paſſiuum præſumere: ut ego lauor balneum lauo,quando ego capillos depono:ut dicam tondeor, qñ alteri capillos detraho:ut tondeo. Prima perſona non debet ita proferri:lego ego. Quoniam lego iam habet in ſe ſignificationem prononiminis:niſi tamen ſic tunc poſſumus dicere quãdo nos magis uolumus oſtẽdere lecturos q̃ alios,ut ſit quaſi ego magis quam cæteri maledico tibi dicimus,non te dicimus . Prima perſona ante ultimã.o. ſeptem litteras non habet.h.o.f.k.q.i.z. Cætera uero habent.e.ut ſedeo.i.audio.u.ut annuo.b.ut bibo. & ſicut in arte ſcripta ſunt:k.ideo non poteſt præponi.o.litteræ, quia nunq̃ anteponitur niſi a ſequente.q.y.z. ideo non poſſunt præponi:unum tamen uerbum quod.o.ante.o.habet,ut roboo roboant.ſyluæq; & magnus.o.ideo contra regulam uenit,quia græcum eſt,cætera in arte conſcripta ſunt.

a Duerbium dictum eſt quia neceſſe habet ſemper uerbũ ſequi. Verbo tamen non neceſſe eſt agere ſemper aduerbio:nam poſſumus dicere ſic legit. Nũc enim & plena eſt elocutio,& aduerbium tamẽ non inuenitur,nam quum dico cras hodie:non erit integra elocutio niſi addam uerbum,ut puta dico,uel facio. Aduerbium plærunq; confirmat uerbum plærunque deſtruit. Confirmat ut iam faciã. deſtruit: ut non faciam. Aduerbia aut a ſe oriuntur:aut ab aliis partibus orationis ueniunt:ſicut in artibus poſitum eſt.nam ibi ſunt exẽpla uaria poſita henno autem nihil aliud eſt niſi hoc anno. Vnde deriuatio duplex inuenitur.Nam Cicero dicit hornatinas fruges horatius dicit hornatas fruges. Item meatim nihil eſt aliud niſi meo more.tuatí tuo more.Quod dicit de participio aduerbium poſſe deduci:uerum non eſt: & enim illud exemplũ quod protulit ideſt indulgens non tãtum participium eſt: nam recipit comparationem facit enim indulgentior indulgẽtiſſimus ergo quando dicimus indulgenter non uidemus a participio tranſtuliſſe in aduerbiũ ſed a nomine. Omnia aduerbia.e.terminata in poſitiuo ſemper producuntur:ut docte. Exceptis tribus regulis eorum aduerbiorum.Quæ autem non comparantur: ut rite: nemo enim dicit ritius ritiſſime:uel quæ male comparantur: ut bene. Nemo enim dicit bonius boniſſime.Vel quæ a ſe oriuntur:ut impune impunius:hoc ſcilicet in poſitiuo. Cæterum ſuperlatiuus gradus ſemper producitur facile,& difficile non quæritur utrum aduerbia ſint an nomina conſtant autem eſſe nomina tantum,quia ſemper correpta ſunt. Si enim aduerbia eſſent ut ſupra diximus producerentur:deinde quia neutri generis formam ſequuntur.Sicuti enim dicimus & facilis,& facile,ſic difficilis difficile.Deinde ſi aduerbia eſſent inter exirent. Datiuꝰ enĩ nominis ideſt terminatus aduerbium inter ſyllabã mittit ut huic forti fortiter ſic huic facili faciliter:huic difficili difficiliter dicere mus: Ergo conſtant eſſe nomina ſic autem poſita ſunt pro aduerbiis quemadmodum fere inuenimus apud poetas pro aduerbiis conſtituta:ut toruum clamat pro eo quod eſt torue:horrendum ſonat pro eo quod eſt horrẽde:qua figura oratores omnio uti non debent: Genus enim eſt ſoloeciſmi ſicut ipſe donatꝰ Paulopoſt de ſoloeciſmi ratione mõſtrauit. Scire enim debemus quod datiuus ſingularis.o. terminatus aduerbium in.e. mittit ut huic docto docte .i. terminatus inter huic agili:agiliter: quas regulas ſẽper currupit auctoritas. Nam inuenimus plærunque id eſſe aduerbiũ:qui datiuus eſt caſus ut eſt falſo:hæc autem ambiguitas elocutione diſcernitur,quando enim dicimꝰ

duriter:quum aute dicere debuerit:& Virgilius Lugubre quum gubris extensa dicamus. Ea aduerbia comparanda sunt quæ ducunt originem a nomine recipienti comparationem ut est doctus. Ideo enim dicimus docte doctius doctissime: quoniã dicere possumus doctus doctior doctissimus Abeo quod est Tullius cum sit aduerbium non recipit comparationem quia nec nomen recipit. Sunt alia aduerbia quæ semper per se comparant Sunt autem quæ nõ egent comparatione ut est mane. Nemo enim dicit manius.nemo manissime. Veruntamẽ hanc quá per se inflexionem non habemus:possumus facere adiectionem illarum particularũ ut magis & maxime:ut puta sit positiuus mane,comparatiuus magis mane. Superlatiuus maxime mane Omnis pars orationis cum desierit esse quod est nihil aliud est nisi aduerbium. Iccirco si nomẽ desierit esse nomen nõ faciet pronomẽ:aut participiũ sed solũ aduerbiũ. Vt est sedulo.Ná si dicas sedulo,hõi dedi nomen est si dicas sedulo feci. Aduerbiũ est. Item pronomen aliquando & aduerbium est,quum enim dico quid est,erit pronomen,quum dico quis scit erit aduerbium.

Item uerbum plærunque & aduerbium est,quando enim dico pone prima syllaba accentum habente erit uerbum, quando ultimæ syllabæ do accentum erit aduerbium hoc est discretionibus causa. Nam ultimo loco uerbi acutus accentus nunquam ponitur. Item participium aliquando aduerbiũ est quum enĩ dico me ad uillam profecto contigit, participium est profecto, quum dico profecto quæritis aduerbium est profecto. Item ante præpositio nonnunquam & aduerbium est. Præpositio in hac elocutione erit ante templum casum enim habet, uictum,si autem dicas,ante feci,erit aduerbium. quoniam sequitur uerbũ & coniunctio est,sed plærunq; & pro aduerbio ponitur,quum dicimus ut te fortissime teucrum accipio. Heus si dolorẽ significet interiectio est,heus etiam mensas consumimus inquit Iulus,si ãt uerbum sequitur aduerbium est,heus inquit iuuenes monstrate mearum,erit nomen,quum nominibus pro aduerbiis utimur,ut ante dictum est. Illud fideliter tenere debemus nunq̃ separatim ipse ponit. Artigraphus desursum,deorsum, deinceps. Ita enĩ constat duas partes orationis,ut uno ambæ nitantur accentu. Nec duæ præpositiones interueniente aduerbio sociandæ sunt. Præpositio etiam ideo non potest adiungi nomini interueniente aduerbio,ut de trans Tyberĩ uenio, quẽadmodũ illinc uenio.

Participium est quasi particapium. habet enim a nomine genera & casus.a uerbo autẽ tempora & signi
p ficationes,ab utroq; numerum,& figuram,& cætera quæ supra dicta sunt. In posterioribus illud adduci inchoatiua uerba illud non habere nisi præsentis temporis participium futuro autem carere.Ideo autẽ futuro carent,quoniam regulã futuri participia, a præterito ducunt, participium præteritum autem participium.a tempore perfecto originem sumit,& ideo quum inchoatiua uerba tempus perfectũ non habent:non possumus habere quod additur iam tempore perfecto:Præterea dicit participia ab impersonalibus uerbis nisi usurpata non uenire:quæ res penes latinum non erit: & similia & similiter ab arte discedit·Et enim participia a prima positione uerbi originem trahunt:cum igitur impersonalia primam personã non habent participia non iure ex se faciunt: sed tamen dixi usurpare nobis licet.Inuenimus enim apud uarios auctores quod puto id fieri:non quod de impersonalibus usurpẽtur participia:sed quod ipsa impersonalia fiant uerba pleniſſima. Nam hoc quod dicimus pudet,& tedet tamen dici inueninus in auctoribus, & pudeo,& tedeo:unde fiunt & pudens,& tedens participium non ab impersonali uidetur,sed a uerbo integro. Odi uerbum participium habet osus:quod licet in usu non sit, tamen componitur & in usu erit exosus perosus. Ab eo quod est memini artis nullũ participium reperitur:si ad usum uerum est:si ad auctoritatem fallsum:Nam inuenimus in Plauto meminens. Tunicatus galeatus dicit participia non esse,sed nomina eo quod.a. uerbis non trahuntur,sed si diligenter attendas aduertens ab similibus partici,

pi[illegible] probabis. Nam licet non faciat tunico galeo, tamē quo mā.n tempus habent, ſine dubio participia ſunt, & enim armatus incedit, ueſtitus incedit, quum dico hoc ſignifico iam armatū, iā ueſtitum eſſe. Sic etiam dicimus tunicatus incedit, galeatus incedit. i. & iam tunicam habet, iam galeam habet, quæ res tēpus oſtendit, & ſi tempus eſt participium eſt. Pranſus cœnatus, & re/liqua conſtant non eſſe participia ſi a uerbo non ueniunt. Conceſſum eſt enim regulariter, ut a neutralibus uerbis liceat nobis uſurpare præterita participia, ſed quoniam & has artes defende/re debemus uel auctoritate firmare, neque ad iſtorum ſimilitu/dinem alia fingere, ſed illis tantum uti quæ lecta ſunt. Nomia ſi/milia participiis præteriti temporis quartæ ſunt declinationis, ip ſa autem participia ſecundæ, ut hic uiſus, huius uiſus nomen eſt, hic uiſus huius uiſi participium eſt. Furibundus, & moribundus quid eſſent? & nomina eſſent manifeſtum eſt, quod ſubtractadus ſyllaba, & addita littera non redeunt in participia præſentis tem poris, quod regulariter dictum eſt. Noua ratione participia quæ conſtant eſſe participia poſitiuum gradum poſſunt recipere quo niam participia nullam recipiunt comparationem tamen com/paratiuum gradum plærunque ſuſcipiunt acceptior & ingentior quæ res ſola ſenſus ratione ſecernitur. Aduerbium de participiis naſci Donatus aſſerit, plurimi negant. At conſtat apud maiores equidē lecta in uſu tamē eſſe nō poſſūt ut dictū eſt in aduerbio.

i N coniunctione nihil penitus noui poſuit, ſed ita hic ſicut in ſuperiore parte tractauit. Illud plane adiecit quod licet nobis coniunctiones pro aliis cōmūctionibus ponere, quod nimirum eſt quom liceat & alias partes orationis pro aliis ponere, ut nomen pro aduerbio, pronomen pro aduerbio & multa alia ſignificatione tamen mutata.

p Præpoſitio eſt pars orationis dicta quod in loquendo præponitur & hæc eſt eius natura puta āte tēplū nemo enī dicit tēplum ante, ſed tñ eſt una præpoſitio quæ ꝑ arbitrio noſtro ponit̄ ut tenus, dicim⁹ enī

poſitio autem: aut cohæret, aut utrunq; efficit. con. dis. ita enim loquimur cōduco tibi diſtraho, ſeparantur autem & penes. Etenim cum dicimus apud amicum duæ orationis ſunt partes: penes arbitros ſimiliter duæ. Aliæ uero & cohærent, & ſecerni poſ[illegible]t, ut præ, nam quom dico prætulit utiq; cohærens inuenitur. quom autem præ metu ſegregata eſt. Accuſatiuæ præpoſitiones triginta tantum, illæ duæ poſſunt in queſtionem uocari apud & ad: eo quod ſemper in loco eſt, ut apud amicum ſum: ad uero ſecundum artem ſemper ad locum, ut ad amicum uado, quanq; & ſecundum auctoritatem inuenitur in loco: ut ad. M. Leucā te habitare dixit. Vſq; non uidetur plurimis præpoſitio, quoniam ſic alia præpoſitio non poteſt poni, & enim dicimus ad forum uado, ut Virgilius aduſq; columnas exulat, iam ſi habeat alterā p̄/poſitionem ipſa præpoſitio eſſe non poteſt. Nunquam enī præpoſitio alteri præpoſitioni cohæret. Si autem uolueris, ut coniunctim cohæreat, non iam aduerbium erit, ſed potius recipit naturam ſuam, nam & præpoſitionem præpoſitioni ſic cohærentē, ut pro una parte præpoſitionis habeatur. Inuenimus. n. ſæpe apud Catonem: ut circum circa, ideſt circa. In ablatiuis præpoſitionibus. e. & ex hanc habēt obſeruationem: ut ſi uocalis ſequatur ex. præponamus, ut ex amico audiui, ſi autem conſonans. e. præponatur, ut e foro uenio. Illud uehementiſſime obſeruare debem⁹, ut con, & in quotienſcunq; habent poſt ſe. ſ. &. f. litterā: uideam⁹ quemadmodum pronunciantur, plærunq; enim nō obſeruātes barbariſmos incurrimus. Nam cum ipſorum natura breuis ſit, tamen ſi ſequātur ſupradictæ litteræ plærunq; in longitudinē trā/ſit: ut cum dicimus quo fit confeſſio. Item cōſilium conſuluit, his enim locis pronunciandæ ſunt, ut longe ſimiliter inſula, infula quod magis aurium iudicio, q̄ artis ratione colligimus. Præpoſitiones aut ipſa uerba corrumpunt, ut conficio. Nam erat integrum facio, aut utrunq; & corrumpunt, & corrumpuntur, ut affi cio. Nam affero quod ſcribebatur per. a. & per. d. incipit ſcribi ꝑ a. & per. f. & item quod erat facio fit ficio. Præpoſitio & quando

ponitur,& quando postponitur.si casum suum retineat præ/
positio est,ut transtra per & remos. si autem casum mutauerit fit
aduerbium·ut longo post tempore uenit. Ambiguæ præpositio
nes quattuor fuerunt.In,sub.super,& subter.Quibus maiores in/
differenter utebantur,sed hodie tantum duæ sunt,in & sub.nam
super,& subter accusatiuæ habẽtur. In autem & sub, qua ratione
in se ferentur in superiore tractatũ est.Plærũq; eadem est præpo/
sitio,quod est & aduerbiũ:ut ante & post : sed quod magis d[illegible]
est hac ratione colligimus. Etenim si pars oratiõis sequatur quæ
casibus seruit præpositiões erunt ut ante templum propter aquã.
templum enim & aqua casuales partes orationis sunt,quãdo au-
tem dicimus ante fecit:post dixit aduerbia sunt:si sequantur uer/
ba.Nouimus itaq; aduerbia semper uerbis egere.

Nteriectio nihil habet nisi solum mentis affectum,
quæ tunc interiectio dicitur,quando uoce incondi
i ta profertur.o.heu.& similia quom plenas adhibe-
mus ad exprimẽdos animi affectus tam interiectio/
nes dicuntur,q̃ pro interiectionibus,ut proh Iuppi//
ter ibit,hic ait & hæc pars non potest propriũ nomen utrius tene
re:eo quod uariæ interiectiones sunt,nam o dolentis legitur , ut
o mihi præteritos referat si Iuppiter annos.& irascentis,ut o cal-
lidos homines,& similia. FINIS.

HIERONYMVS SONCINVS FANI IM
PRESSIT NONIS SEPT. M.D.III.
AB OBITV ALEX. VI. PON
TI. MAX. DIE. XIX.